

Werk

Titel: Thesaurus Iuris Executivi Rutgeri Rulant, Icti. Quadripartitus

Untertitel: Quarum Pars Prima exhibet usum verum executivum, mediante Brachio Eccles lastico, Seculari, Regio, Et Militari, Eorumque imploratione. Secunda, exactam praecipuarum Rerum Civilium tractationem ... Tertia, perfectam manuuctionem Executioni Rerum Criminalium inservientem. Quarta, Decem Classes Relationum, Actorum ac Votorum Cameralium praedictis materiis accommodatarum ... Atque Ita His Quatuor Partibus, Non Solum Executionis Materia fructuosissima continentur, sed & diversae per totum ius privatum dispersae materiae videlicet ...

Verlag: Author; Weissius

Ort: Francofurti ad Moenum; Francofurti ad Moenum

Jahr: 1624

Kollektion: VD17-Mainstream

Digitalisiert: Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen

Werk Id: PPN755514025

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN755514025>

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=755514025>

LOG Id: LOG_0012

LOG Titel: §. 1.

LOG Typ: chapter

Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
Georg-August-Universität Göttingen
Platz der Göttinger Sieben 1
37073 Göttingen
Germany
Email: gdz@sub.uni-goettingen.de

C A P. XXIII.

A R G V M E N T V M.

Instrumentum publicum in statuto an comprehendat librum Officialis.

S V M M A R I A.

- 1 Statuto si caueatur, solutionem probari non posse, nisi publico instrumento, an sufficiat eam, scriptura aut libro publici officialis seu publice deputari probare.
- 2 Instrumentorum appellatione, an veniat scriptura priuata.
- 3 Scriptura publica, quæ dicatur.
- 4 Statutum requirens probationem per instrumentum publicum effectum tantum probationis respicit, ut scilicet scriptura fidem faciat.
- 5 Effectus ubi consideratur non refert quid ex equipollentibus fiat.
- 6 Instrumentorum appellatione confessio continetur.
- 7 Commissarius deputatus ad testes & instrumenta, confessionem etiam recipere potest.
- 8 Statutum vel lex licet requirant probationem instrumenti, admittitur tamen illa probatio, quæ à iuris prouenit presumptione.

Dubitarunt præterea in eisdem fere terminis Doctores nostri antiquiores, si statuto fortasse, vel lege caueatur, solutionem aliter quam publico instrumento † probari non posse: an satis sit, si scriptura aut libro publici officialis seu ad aliquod officium publice deputati eo casu, quo eius libro fides adhibenda est probetur. Hanc questionem attigit Roman. in consil. 77. in fin. & concludit non probari. Mouetur autem ea ratione, quod instrumenti publici appellatione huiusmodi scriptura non comprehendatur: sed ea tantum instrumenta publica, de quibus Tabelliones presentibus partibus rogati sunt. Id quod firmavit rursus Roman. in consil. 2. nescio, in 2. dubio. & Felin. in Rub. extra de fide instrum. & Decius in c. tercio loco, in primo notabili, extra de probatio. & idem presupponit Imola in consil. 37. in 2. dubio. At Aymon Crauet, in tract. de antiquita. tempo. in prima parte, num. 245. contra ea, quæ dixit Roman. refert ea, quæ tradit Abbas in Rub. extra de fide instrum. dum vult, ut appellatione instrumentorum, † scriptura priuata contineatur: dummodo tamen illa ex se ipsa fidem faciat, & ideo ibidem subdit Abbas id pro statutis notandum esse, quem ibidem sequitur Decius in fine. Et licet ibi Abbas non exprimat illud verbum, publicum, sed de instrumentis simpliciter loquatur, id tamen cum de instrumento publico loqueretur dicendum videtur, ut inquit Socin. in consil. 63. colum. final. volum. 1. per ea, quæ tradit Speculat. in tit. de instrumen. editio. §. nunc dicendum. versicul. & generaliter. dum vult scripturam publicam eam appellari, cui de iure vel speciali consuetudine creditur, argumento c. cum dilectus, extra de fide instrum. & eorum, quæ notat Imola in c. 1. eodem tit. Unde est, ut publici instrumenti appellatione non solum scriptura publici officialis à publico deputati comprehendatur, sed etiam cuiuslibet alterius, dummodo fidem faciat: Statutum † namque rem

publicis instrumentis probari requirens, effectum tantum probationis inspicere & attendere videtur: ut scilicet scriptura, quæ deducitur, fidem faciat: Quo casu licet appellatione instrumenti publici scriptura priuata † fidem faciens non comprehendatur, stante tamen huiusmodi statuto, talis probatio ea scriptura sufficere dicitur: Quandoquidem † in his, in quibus consideratur effectus non refert quid ex equipollentibus fiat. l. mulier. ff. ad Trebell. & l. si mater, vbi Decius in 2. nota. c. de institut. & substit. & facit illud, quod dicit Castren. in consil. 53. statutum, volum. 1. Tota enim vis huius altercationis in eo tantum versari videtur, an talis scripturæ priuæ fidem tamen facientis eadem sit, vel similis ratio, quæ in publicis instrumentis considerari videtur, vel maior, ut statuto per equipollens locus sit: & in casu equipollenti militet mens seu voluntas statuentium, ut inquit Ias in consil. 203. colum. 4. in fine, & in consil. 221. colum. 6. volum. 2. Et ideo si talis sit scriptura, de cuius fide dubitandum non sit, ita ut militet ratio & mens statuentium, idem iuris esse de ea scriptura, quod de publico instrumento dicendum videtur. Et hinc est, quod † appellatione instrumentorum, confessio comprehendatur, prout etiam habemus commissarium † ad recipiendum testes & instrumenta deputatum partis confessionem, quæ iudicialis dicitur recipere posse, ut voluit Rota in decis. 585. decretæ, in antiquis. Et pariter etiam licet lex † vel statutum instrumentorum probatio nem requirant, admittitur tamen probatio à iuris presumptionibus proueniens, ut inquit Bald. in l. 1. colum. fin. vers. Quæro, quid si statutum. c. de fideicommissis. Id quod refert & sequitur Decius in Rub. extra de probatio. colum. 17. vers. hac vera sunt, & procedunt. & Alexand. in consil. 126. colum. 2. vers. fortificatur predicta, volum. 6. & rursus Decius in consil. 54. colum. 3. vers. nam solet dici. Et si dictum hoc Bal. conetur impugnare. Curt. senior in consil. 79. Domina Franciscina, colum. pen. in princ. dum inquit, dictum illud procedere posse, ubi statutum iuri non repugnat, nec alteri graue parit præiudicium, verum si obiciatur stante huiusmodi ratione etiam testium probationem admittendam esse, & si statutum publicorum instrumentorum probationem exigit: ex quo non refert, quid ex equipollentibus fiat, quando solus effectus inspicitur. Respondet ibidem Aymon de testium probatione, eandem rationem non esse, nec statuentium mentem, qui potissimum causas breuiiores reddere voluerunt, & fraudibus calumniisque lites protelantium occurrere. & ita declaratio obiectio cessare videtur. potest fortasse replicari, quod non militet eadem ratio & mens statuentium, cum instrumenta publica ex pluribus reprobari possint, & ideo statuentes ad id animaduertisse, ut magis perfecta probatio inducatur.

§. I. C A P. I.

A R G V M E N T V M.

Instrumenta & acta qui differant.

S V M M A R I A.

- 1 Actuum, qui sunt in iudicio, publicum instrumentum fieri solet.

2 Acta & instrumenta diuersa sunt.

3 Statutum loquens de instrumentis, in actis locum non habet.

P Rædictis addendum etiam videtur, quod licet
1 actuum qui fiunt in iudicio, publica instru-
menta fieri consueuerint, vt dicere videtur gl. in §. fin.
in verbo, actus, Instit. de adopt. & est tex. in l. emancipa-
tione. C. de fide instr. & in l. gesta. C. de re iudic. & tradit
Guido Papa in decis. 616. num. 1. Alber. tamen de Ro-
sa. in l. neque in fraudem. §. neque instrumenta. num. 1. ff.
2 de iure fisci. inquit, instrumenta ab actis plurimum
3 differre, ac diuersa esse: & ideo statum de in-
strumentis loquens, in actis locum non habere: &
si late accipiendo actorum appellatione omnia com-
prehendantur, quibus vt supra dictum est, causa
instituitur. d. l. 1. ff. de fide instrum.

C A P. II.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

1 Instrumenta de iure communi executionem paratam non habent.

S Tatuta variorum locorum quoniam plerumq;
instrumenta liquida executionem paratam ha-
bere disponunt, merito antequam ad alia transeamus,
pro faciliore eorum, quæ infra dicenda sunt,
declaratione, nonnulla de instrumentorum liqui-
dorum executione dicenda sunt. & in primis pro
regula constituendum est, instrumenta de iure
communi executionem paratam non habere, vt
est tex. in l. minor cui fideicommissum. ff. de mino. 25. ann.
quem tex. extollit & valde commendat Angel. in l. si cum
dote. §. eo autem tempore. ff. soluto matr. relatus à Ruino
in consil. 144. num. 7. volum. 4. & rursus idem Ang. in l.
ait prætor. §. 1. vbi etiam Imola & alii. ff. de re iudic. quos
refert & sequitur Catellia. Cotta in memoriali incipien-
te, instrumentum publicum de iure, & Bald. in l. 1. col. 1.
C. de executio. rei iudic. & Boer. in decis. 295. num. 5. &
Rota Pedemon. in decis. 129. num. 2. & Menoch. in tract. de
adipiscen. possess. Remed. 4. num. 695. & Cagnol. in l. in
testamentis. num. 8. ff. de reg. iur. & Castren. in consil. 73.
column. 4. & 5. in antiquis. & Aret. in l. si pacto, quo pæ-
nam. C. de pact. & Barba. in consil. 42. colum. penult. vol.
1. & in consil. subsequenti & Corn. in cons. 238. & in con-
sil. 259. volum. 3. & Alex. in l. si cum dolum. §. eo autem
tempore. ff. solut. matrim. Lancel. Decius in l. in bonæ fidei,
colum. penult. C. de pact. & Barr. in l. 1. in 3. notab. per il-
lum tex. C. de confes. & Ias. in l. que de legato ff. de lega. 1.
& in l. tale pactum. §. qui prouocauit, colum. 1. ff. de pact.
& afflic. in decis. regni 387. & rursus idem dixit Menoch.
in eodem tract. de adipiscen. possess. in 4. membro, num. 42.
& iterum in tract. de arbitr. iudic. lib. 2. casu 17. & Pro-
sper. Carauita super Ritib. magnæ Curie, Ritu 166. num.
31. & Ioan. de Ana. in consil. 16. num. 5. & in consil. 50. nu-
mero 8. & est etiam iterum tex. in l. 2. C. de executio. rei
iudic. & in l. 4. §. si ex conuentione. ff. de re iud. & iterum
Ang. in l. cum antea. C. de arbitr. & Bald. in l. vbi adhuc.
C. de iure dot. & Bald. iterum in d. l. 1. C. de executio. rei
iudic. inquit, nullum probationum gentis eo iure
executionem paratam habere: & Angel. in d. l. tale
pactum. §. qui prouocauit, colum. 2. ff. de pact. inquit o-
mnia iura mundi fateri, nullam extraiudicialem
conuentionem executionem mereri, & si in pu-
blica documenta redacta sit: & idem dixit Roderi-

cus Suarez in l. post rem, in vers. sequutus, num. 6. ff. de
re iudic. & Guliel. de Benedic. in cap. Rainaldus, in vers. si
absque liberis moreretur, il. 2. num. 192.

C A P. III.

A R G V M E N T V M.

Instrumentum quibus casibus de
iure communi habeat executionem
paratam, & primum de deposito.

S V M M A R I A.

- 1 Contractus seu instrumentum publicum depositi, exe-
cutionem paratam habet.
- 2 Exceptiones, quæ requirunt altiore indagine, ad-
uersus instrumenta depositi opponi non possunt, sed
in ordinario iudicio referuntur.
- 3 Ordo iudicii etiam in deposito seruandus.
- 4 Depositum condemnatus efficitur infamis, & quando.
- 5 Depositum falsum non habet executionem paratam.
- 6 Instrumentum confessionis depositi, executionem pa-
ratam non habet.
- 7 Maritus si id, quod pro dote non habuit confessus sit
confessio executionem paratam non habet.

HÆc regula limitatur in aliquibus casibus, &
primum in contractu publico seu instru-
mento depositi, quandoquidem non obstante re-
gula prædicta executionem paratam habent, nec
impediri possunt, vt est tex. in l. penult. ibi, illico redde-
re omnibus modis compellatur. & rursus ibi, quam celer-
rime. & iterum ibi, quæ citius. Vbi etiam Bar. Bal. & Ca-
stren. voluerunt. C. depositi, & refert Boerius in decis. 295.
num. 7. volum. 2. ita vt ex sententia Bar. & Dd. ibi, ex-
ceptiones quæ altiore indagine requirunt, 2
aduersus instrumenta & contractus depositi oppo-
ni non possunt, sed in ordinario iudicio referuntur.
Id autem tunc verum est, si publico constet in-
strumento: secus autem si testium depositione o-
pus esset, vt voluit Ang. in l. si deposita. C. cod. tit. testes
namque sine litis cõtestatione recipi non possunt.
Hanc limitationem sequitur etiam Bart. in l. 3. in 4.
questio princ. C. de pigno. & Alexan. in d. l. si cum dote.
§. eo autem tempore, num. 6. ff. sol. matrim. & sequitur
Mathes. in 5. notab. nota quod contractus, & Alex. & Iac.
in l. fin. C. de edicto diui Adrian. tollen. & Ias. in l. 1. col. 1.
C. de eden. & in l. 2. ff. de iure iur. & Roman. in consil. 174.
amplissime, colum. 2. & Socin. in c. 1. in artic. 6. princ. fal-
len. 11. extra de mutu. petit. & in consil. 167. non inutilis,
in fine, volum. 2. & Ioan. Campeg. in tract. de dote, in 6.
parte, quest. 3. Et ideo, vt diximus, exceptiones re-
quirentes altiore indagine in deposito oppo-
ni non possunt ad depositum impediendum, vt in-
quit Bal. in consil. 236. viso instrumento, volum. 5. & Ia-
cob. in d. l. fin. C. de edicto diui Adrian. tollend. & sequitur
Petrus Rebuffus in tract. de liter. obligat. in 6. artic. gl.
3. num. 6. inquit, Iudices in Gallia per modum
prouisionis depositarum ad restituendum his ex-
ceptionibus non obstantibus condemnare cõsue-
uisse, & facta deinde rei depositæ restitutione, ex-
ceptiones illas discuti, quæ altiore indagine re-
quirunt, etiam si instrumentum authenticum non
sit, dummodo testibus vel confessione depositum
probatum sit, vt inquit Ias. in consil. 85. punctus, volum.
1. Quamuis Bal. & Salic. in l. penult. C. depositi, dicant
ordinem in iudicii etiam in depositis seruandum
esse:

esse: & id tutius esse attestatur Anton. de Canar. in tract. de executio. quest. 7. per tex. in l. qui depositum. Cod. 4 deposit. ubi condemnatus ꝑ depositi efficitur infamis; licet scetus sit, si via executiva agatur. Sed id verum non videtur, cum quando agitur via ordinaria, & depositarius inficiatur infamis euadat, alioquin non, ut ait Hercula. in l. ait prator. §. si iudex. ff. sol. matrim.

Sublimitatur autem prædicta limitatio, si de 5 falso ꝑ deposito tractetur, seu in instrumento dispositionis confessionato, ut puta quia rem aliquam depositam quis habere falsus est, eo namque casu, 6 cum sit confessio ꝑ extrajudicialis ad obligandum, executionem paratam non habet. l. certum. §. si quis absente. ff. de confes. & voluit Bal. in d. consil. 181. vol. 3. & Paul. Castrensis. in d. l. ponult. deposi. Exemplum etiam 7 hac de re poni potest, ꝑ si maritus id, quod non habuit in dotem, habuisse confessus sit, ut inquit Alex. in d. l. si cum dotem. §. eo. autem tempore. col. 2. ff. sol. matr. & idem etiam de qualibet confessione dicendum est. Oporteret namque in primis de deposito constare, arg. tex. in §. plane. Inst. de testa. milit. & l. non ignorat. C. qui accusat. non poss. quod non servatur in forensi iudicio. At contrarium videtur tenere Boer. in d. quest. 295. num. 8. propterea quod si tuos libros in depositum habere confiteor, etiam talem confessionem in instrumento sigillato factam executionem paratam habere arbitrat.

C A P. IIIII.

A R G V M E N T V M.

Sequitur alius casus in deposito iustitiæ.

S V M M A R I A.

- 1 Depositum iustitiæ, quid sit.
- 2 Depositum iustitiæ executionem paratam habet.

Secundo limitatur præcedens regula & conclusio firmata in deposito iustitiæ, quod ꝑ quidem est, ut practici appellant, quando pecunia apud aliquem iudicis autoritate deposita est. ꝑ Is namque eo casu hac de re capi & in carcerem duci potest: siue ad pecuniam apud eum eo modo deposita, seu aliam quamlibet rem teneatur, etiam quod cam alteri tradiderit.

C A P. V.

Argum. sequitur alius casus in Iuramento.

S V M M A R I A.

- 1 Instrumentum habet paratam executionem, cum in eo est appositum iusiurandum.
- 2 Iuramentum habet vim sententiæ.

Tertio limitatur, ut inquit Petrus Rebuffus in dicto tract. de litera. oblig. in 6. art. gl. 3. num. 8. quando in instrumento appositum est iusiurandum: ut puta si quis contenta in instrumento vel contractu iureiurando promiserit. ꝑ Nam tunc huiusmodi instrumentum executionem paratam habet, ut inquit Bartol. in l. 2. in fin. ff. de iureiuran. & rursus idem Bar. in l. 1. C. eod. tit. & sequitur Castren. in l. post rem. ff.

de re iudic. & Ias. in l. ait prator. §. si iudex. eod. tit. ubi etiam tradit Alex. & rursus idem Alex. in d. l. si cum dotem. §. eo tempore. ff. soluto matr. & Guliel. Benedic. in c. Ratinutius, in versio. testamentum. 3. num. 32. cum sequen. extra de testam. & Petruc. in tract. de virib. iuramen. in 22. effectu. & Boerius in dicta decis. 295. num. 8. & 9. vol. 2. Ratio autem est, quia iuramentum ꝑ habet vim sententiæ, quæ paratam habet executionem. l. 4. §. si ex conventionione. cum similib. ff. de re iud. Ergo pariter idem & de iuramento dicendum est, ut inquit Ias. in §. ite si quis postulante, col. antepen. & sequen. Inst. de actio. ubi contrariis quibusdam obiectionibus respondet, & rursus idem tradit Ias. in consil. 9. circa primum, & in consil. 85. punctus, vol. 1.

Hæc autem tertia limitatio sublimitatur, quando iuramentum esset remissum, ut voluit Ias. in l. nam postea. §. fin. ff. de iureiuran. & id duplici quidem ratione & causa. Prima, quia plura essent specialia, contra ea, quæ habentur in l. 1. C. de dotis promiss. Secunda, quia vis illa in iuramento consistit: Unde cum ubi est remissum amplius iusiurandum non sit, merito & eius vim omnino cessare oportet, & si iuramentum remissum pro iuramento præstito & subsistente aliquando habeatur. Sed de hac materia iuramenti infra late suo loco tractabimus.

C A P. VI.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

- 1 Iuramentum contra bonos mores non obligat.

Secundo sublimitatur, si iuramentum super contractu nullo vel à iure reprobato præstitum sit: ꝑ Quandoquidem tunc iuramentum contra bonos mores præstitum non obligat, c. non est obligatorium, de reg. iur. in 6. & tradit Anton. de Petruc. in dicto tract. de virib. iuramen. quest. 20. & Petrus Rebuffus in d. tract. de liter. obligat. in 6. artic. glos. 3. num. 11. & late in l. si quis pro eo. ff. de fideiussor. Si igitur huiusmodi iuramentum non obligat, multo minus executionem paratam habere debet.

C A P. VII.

Argumentum est in Summariis.

S V M M A R I A.

- 1 Iuramentum si ex intervallo post contractum appositum est, instrumentum in eo appositum executionem paratam non habet.
- 2 Pactum nudum ex intervallo appositum contractum non vestit.

Tertio sublimitatur, quando iuramentum ꝑ ex intervallo post contractum appositum est, ut inquit Bal. in l. 1. C. de rebus credit. & Francisc. Cremen. f. in singul. 152. volo dare. Sicut enim pactum nudum ex intervallo appositum contractum non vestit, ꝑ nec actionem producit. l. iurisdictionum. §. quinimo. ff. de pact. & in l. bonæ fidei. C. eod. pariter etiam nec iuramentum, licet Ias. in d. l. 2. num. 20. ff. de iureiuran. dicat hanc limitationem ibidem comprobasse, cui tamen respondet Petrus Rebuffus ibidem in additionibus.

C A P.

CAPUT VIII.

Argumentum est in Summario.

SUMMARIUM.

- 1 Instrumentum iuramento confirmatum non habet executionem eorum paratam, quæ antea præterita sunt.

Quarto sublimitatur, quando iuramentum apponitur super præteritis, secus vero super futuris: † Nam tunc executionem paratam non habet, ut inquit Bal. in d. l. 2. & gl. & Dd. in l. iurifurandi. C. de reb. credit. & tradit Petrus in d. tract. in effectu 22. iuramenti & Petrus Rebuffus in d. l. si quis pro eo, de fideiuss. & in dicto tract. de liter. obligat. in 6. artic. gloss. 3. num. 13.

CAPUT IX.

Argumentum est in Summario.

SUMMARIUM.

- 1 Instrumentum iuramento confirmatum, non habet quo ad tertium executionem paratam.

Quinto sublimitatur quo ad tertium, ut inquit las. in d. l. 2. in fin. ff. de iureiur. † dum inquit contra tertium huiusmodi instrumenta iureiurando confirmata executionem paratam non habere: cum ipse non iurauerit, nec iuramentum detulerit, nec dilationi consenserit, ut voluit etiam Petrus Rebuffus in d. tract. de liter. obligat. artic. 6. gl. 3. num. 14.

CAPUT X.

Argumentum est in Summario.

SUMMARIUM.

- 1 Iuramentum necessarium, quod tendit ad probationis supplementum, executionem paratam non habet.

Sexto sublimitatur præcedens limitatio in iuramento † necessario, quod ad probationis supplementum tendit. l. admonendi. ff. de iureiur. & c. fin. eod. tit. & hanc sublimitationem sequitur Rebuffus in eodem loco, num. 15. ubi latius tradit.

CAPUT XI.

ARGUMENTUM.

Sequitur alius casus in Instrumento testamenti.

SUMMARIA.

- 1 Instrumentum testamenti paratam habet executionem, & quomodo, & quando.
- 2 Emancipare quis non potest filium ad vnum actum tantum.
- 3 Præceptum iudicis vim admonitionis habet.
- 4 Legatorum causa tres competunt actiones.

Tertio principaliter limitatur præcedens regula, quod instrumenta de iure civili executionem paratam non habeant in instrumento † testamenti. Verum in hac limitatione quærunt Dd. an huiusmodi testamenti instrumentum generaliter & absolute executionem habeat: an vero partim habeat, partim vero non? In hac controuersia illi, qui testamenti instrumentum generaliter & absolute executionem paratam habere arbitrantur, his

iuribus & rationibus mouentur. Primum enim inde arguunt, quod sicut quis filium † ad vnum tantum actum emancipare non potest, pariter & instrumentum vel testamentum in vno tantum actu exequatur, in aliis vero non. l. 1. §. in filiis. ff. ad Senatusc. Trebell. & tradit Bal. in l. seruum. C. qui testam. face. pos. Secundo mouentur ex eo, quod cum actiones & eius qualitates in heredes transeant, merito quo ad heredem executionem habent, prout apud defunctum habebant. l. 1. ff. ad Senatusc. Trebellian. Tertio, quia regula est vulgatissima, ut vna & eadem res diuerso iure censi non debeat, ergo & idem de testamento quod diuerso iure censi non debeat dicendum est. l. cum qui ades. ff. de vsucap. Diuerso enim iure censeretur, si quo ad vnum executionem paratam haberet: quo vero ad aliud non haberet. Alij vero contrariam opinionem sequentes extimauerunt, testamentum seu testamenti instrumentum, si non sit rasum, nec cæcellatum, nec aliqua ex parte vitiatum: quo ad missionem in possessionem tantum paratam executionem habere: cum tunc heres in possessionem mittatur, ut habetur in l. fin. C. de edicto diui Adrian. tollen. & tradit Ang. in §. illud. in verbo, decretum, per illum tex. in Auth. de hered. & falcid. col. 1. & Corn. in consil. 182. volum. 4. & l. air prator. §. si iudex. ff. de re iud. & hanc esse communem opinionem attestatur Petrus Rebuffus in d. tract. de liter. obligat. in artic. 6. gl. 3. num. 20. & si nonnulli contrarium tenuerint in d. §. si iudex, per illum tex. Comprobatur hæc conclusio per tex. in d. §. si iudex. ubi actum fuit actione ex testamento. Ergo in aliis paratam executionem non habet, nisi quo ad missionem in possessionem, nam tunc non habet. Tum etiã ex eo quod ex testamento tres actiones dantur. l. 1. Cod. commu. de lega. Quæ sane frustra competere, si testamentorum instrumenta in omnibus paratam executionem haberent. Præterea pro hac opinione videtur facere tex. in d. l. minor 25. annis, cui fideicommissum. ff. de minor. ubi debitum, de quo constat ex instrumento, executionem paratam non habet. Hanc præterea conclusionem sequitur Ang. in d. l. si. C. de edicto diui Adrian. tollen. & Rolan. à Valle in consil. 2. num. 10. volum. 3. ob id, quod illud remedium summarium est, & ideo quam celerrime & de plano ob notorium quod prouenit à testamento expediendum est, ut voluit Bart. in d. l. si. & tradit etiam Berous in consil. 56. in princ. & in consil. 60. colum. 2. & in consil. 57. col. 1. vol. 1.

Stantibus his duabus inuicem repugnantibus opinionibus: si primam sequamur, ut scilicet instrumenta testamentorum etiã quo ad legata habeant executionem paratam: Limitatur, ut inquit Menoch. in tract. de adipiscen. possess. remed. 4. num. 693. ut cum adest contradictor, locum non habeat, ut notat Bal. in d. l. si. in 4. not. C. de edicto diui Adrian. tollen. ubi idem tenet etiam Decius num. 16. vers. sexto nota. & Ang. in l. cum antea, col. 1. vers. sequitur, de arbit. subdens hoc innuere Bald. dum ait, paratam habere executionem, cum nullus adest contradictor.

Si vero contrariam opinionem teneamus, ut instrumentum testamenti quo ad legata executionem paratam non habeat, ut voluit Alex. in d. l. si cum dotem, §. eo tempore. ff. sol. matrim. & in d. l. air prator. §. si iudex, num. 5. ff. de re iudic. per ea vltra supradicta, quæ tradit Menochius in tract. de adipiscen. possess. in 4. memb. num. 695. cum sequentibus. Limitatur, ubi adfit iudicis præ-

3 præceptum, quod vim admonitionis habet, vt hæres nisi legatum infra tempus à iure cōstitutum præstiterit, in pœnam priuationis hæreditatis incidat, vt est tex. in auth. hoc amplius. C. de fideicom. Hanc limitationem sequitur etiam Guliel. Bened. in d. c. Rainutius, in vers. si absque liberis moreretur. 2. num. 194. dum inquit, ad legata & fideicommissa dupliciter 4 agi posse. Primum via ordinaria, vtputa si altera trium actionum pro legatis & fideicommissis competentium agatur, reali scilicet, personali vel hypothecaria: & tunc huiusmodi testamēti instrumentum executionem paratam nō habeat: Imo vt hæres se defendere possit, litis contestatione opus est, & si iudicium diutius protrahi non possit, vt inquit tex. & gl. ibi, in d. auth. in princ. Si vero via executiua agatur, vtputa monitionis hæredi factæ vel præcepti, vt legata soluat, & contenta in testamento adimpleat: quæ sanè monitiones & præcepta à iudicibus locorum fieri consueuerunt, vt voluit etiam Boerius in d. quest. 295. num. 12. & in quest. 118. vol. 2. Et hoc casu hæres si se opponat, audiendus est, si iustas causas adducat, quare ad monitionem seu præceptum non teneatur: vtputa si forte de testamēti nullitate opponat, legatorumue, vel quid simile. Huiusmodi enim monitiones primum à iudicibus ecclesiasticis fieri consueuerunt: Iudices vero seculares præcepta de soluendo faciunt, & valent, & si ab edicto de in ius vocando nō incipiant, dummodo in eis adsit clausula, vt si senserit se grauatum, veniat tali die responsurus, vt inquit Bart. in l. de pupillo. §. meminisse ff. de oper. noui nunc. & in l. nec quicquam. §. vbi decretum ff. de offic. procons. & Salic. in l. i. C. commina. vel epist. & Ang. in §. curare. Institut. de action. Si vero contra testamentum & contenta in eo nihil opponatur, & tunc si iudex testamenti instrumentum inspexerit, viderique illud nulla ex parte vitiatum: & tunc iudex ecclesiasticus monebit hæredem: si vero sit secularis, ei sub quadam pœna pecuniaria præcipiet, vt intra tempus aliquod conueniens, ea quæ in eo testamento continentur adimpleat. Hæc autem monitio vel præceptum summarie & executiue à iudicibus fieri solent, quemadmodum hodie etiam iudices ad instantiam procuratorum animarum facere solent, qui in curiis ecclesiasticis officium publicum, & ad id deputatum habent, & propria auctoritate vltimas & præsertim pias voluntates exequi procurant, & ita potest intelligi decisio Ang. in d. §. illud, vt inquit Alex. in d. §. si iudex. Si vero huiusmodi hæres à iudice eo modo monitus annum contumax sit, vtputa, quia infra annum rationabili ac probabili causa cessante legata vel fideicommissa non soluerit, contentaue in testamento non impleuerit, ipso actu & absque alia iudicis sententia totius hæreditatis, excepta legitima per annum priuatur, quia ideo nō priuatur, quia ei à lege, non à testatore conceditur, auth. hoc amplius. C. de fideicommiss. & facit tex. in l. si arrogator ff. de adop.

His ita existentibus, ea quæ in contrarium adducebatur, repugnare non videntur, videlicet tex. in d. §. si iudex. Vbi cum ex testamento actum esset, merito executionem paratam habere non videatur. Quandoquidem huiusmodi argumentū stantibus prædictis concludere non videtur, cū possit, vt diximus, quis etiam ex sententia dupliciter agere, ordinarie scilicet, & executiue, vt probatur in l. 4.

§. si ex conventionē. ff. de rei iud. Minus etiam obstat videretur tres dari actiones, propterea quod id verum est, cum via ordinaria agitur, at secus si via executiua, vt attestatur Guil. Bened. in d. c. Rainutius, vers. si absque liberis, 2. num. 194. & sequen.

CAP. XII.

Argumentum est in Summario.

SUMMARIUM.

- 1 Instrumentum testamenti non habet executionem paratam, quando in limine sententia prouiso vel executio petitur.

Redeundo modo ad rem nostram, prædicta regula seu conclusio, quod instrumentum testamenti paratam habeat executionem. Secundo loco limitatur, vbicunque prouisio aliqua seu executio in limine sententia petitur. Quandoquidem tunc cum sententia super processu ordinario ferri possit: legata interim soluenda non sunt, nec vlla prouisio seu executio facienda, & ita fuisse iudicatum inquit Petrus Rebuffus in dicto tractatu de liter. obligat. in sexto articulo, glos. 3. num. 25. & iterum tradit in tractatu de senten. præiud. seu prouisi. in prefat. vt ipsemet eodem in loco attestatur.

CAP. XIII.

Argumentum est in Summario.

SUMMARIUM.

- 1 Instrumentum testamenti executionem paratam non habet, quando is, qui dixit testamentum falsum, prouisionem siue executionem petat.

Tertio loco limitatur prædicta conclusio, vbi is qui dixit testamentum falsum, legati prouisionem seu executionem in testamento relictæ petit: cum enim tunc sibi ipsi contrarius videatur, illi etiam oblata cautione concedi non debent. l. si testament. ff. de petit. hered. Ex eo namque quod impugnare conatur, fructum & commodum consequi non debet, iuribus vulgaribus.

CAP. XIV.

Argumentum est in Summariis.

SUMMARIUM.

- 1 Instrumentum testamēti nullum, executionem paratam non habet.
- 2 Testamenta quanto tempore exequantur.

Quarto loco limitatur, cum testamentum est nullum: Huiusmodi enim testamenta exequi non debent, argumento l. 4. §. condemnatum. ff. de rei iudic. & est tex. in l. 2. §. 1. ff. quemadmodum. testamen. aperian. vbi inquit Iureconsultus, testamentum illud proprie dici, quod iure perfectum est: Abusue tamen & improprie ea quoque testamenta vocari, quæ falsa, iniusta, rapta, irritaue sunt. Illud hac de re vltimo loco omittendum non est, quod licet testamentum nulla temporis exceptione repugnante exequi debeant, elapsis tamen centum annis exequi non debent, ob id quod huiusmodi præscriptio semper excepta censetur, vt est tex. iuncta glos. in 6.

in c. penult. in vers. nulla temporis prescriptione, in Auth. vt de cetero non fiant commutata. col. 5. & voluit Alex. in consil. 60. omisso, in fi. vol. 1.

C A P. XV.

A R G V M E N T V M.

Sequitur alius casus in Instrumēto ex partium Conuentione executiuo.

S V M M A R I A.

- 1 Instrumenta de iure communi executionem habent, vbicunque partes conueniunt, vt etiam non signata contra bona debitoris executionem habeant.
- 2 Exequendi ius iudicis autoritate & partium conuentione equiparantur.
- 3 Lex & pactum contrahentium equipollent.
- 4 Partes iuri iudiciorum, quando renunciare non possunt.
- 5 Partes facere non possunt, vt sententia careat ordine iudiciario.
- 6 Arbitrorum sententia sequuta ratificatione, executionem habeat.
- 7 Debitor potest consentire executionem fieri.

Quarto loco principaliter limitatur conclusio supra constituta, vt de iure communi instrumenta & executionem paratam non habeant: si fortasse partes conuenierint, vt instrumenta etiam non sigillata, nec authentica contra bona debitoris exequantur. Primum, quia ius & exequendi iudicis autoritate & partium conuentione equiparantur. l. penult. C. de pigno. actio. & l. cum creditorem. C. de furt. 2 vbi tradit etiam Accursius. Secundo, quia lex & contrahentium pactio equipollent l. fin. C. de reb. alien. & est tex. in l. cum quasi. §. si plures. ff. de fideicom. liber. vbi Bened. & Plumb. & Alber. de Ros. ad hoc illum tex. ponderant. & Barbat. in Rub. colum. 16. in clem. de re iudic. & facit tex. in l. si conuenierint. ff. de re iudic. & tradit gl. in l. 2. C. commun. vtriusque iudic. & licet Bal. in consil. 261. vol. 3. contrarium ea ratione tenuerit, quia 4 & non possunt partes ordini iudiciorum renunciare: hæc tamē obiectio in casu de quo agitur, locum habere non potest, sed tunc cum ordo in fauorem publicum inductus esset. Secus verò si ad partium fauorem & commodum pertineat, vt est in casu proposito, & habetur in c. si diligenti, extra de foro compet. 5 Et licet partes vt sententia ordine iudiciario careat, efficere non possint: attamen vt instrumenta sine signo & sigillo exequantur, conuenire possunt: Quandoquidem nihil aliud agit pretor quam partium controuersias dirimere, quibus si ipsæ sponte cesserint. l. 1. §. inde queritur. ff. de noui oper. nunc. idem multo magis dicendum est. Comprobatur id pluribus similibus, & primum quod iuramentum partium conuentione defertur, & tamē executioni, vt supra diximus, demandatur. l. iusuradum quod ex conuentione. ff. de iureiur. Pariter etiam & hoc casu, vt executio ex partium conuentione fiat, dicendum 6 est: Secundo verò arbitrorum sententia. & ea namque sequuta ratificatione executionem habet. l. non distinguemus. §. de officio. ff. de recept. arbit. & l. cum antea. C. eodem tit. & tradit Ioan. de Ana. in consil. 50. in quaestione & Bar. in l. 3. C. de pign. Præterea hæc conclusio ex eo quod debitor & expresse consensit, executionem fieri in bonis suis, tenuit etiam

Bal. in d. l. minor 25. annis. ff. de mino. prout quotidie fit etiam in persona debitoris, qui ad carcerem vna executione inchoata, aliam non impediens se obligat, vt inquit Boer. in d. decis. 295. num. 10. vol. 2. & in l. consentaneum. C. quomo. & quan. iudex.

C A P. XVI.

A R G V M E N T V M.

Sequitur alius casus in Instrumēto in iudicio facto.

S V M M A R I A.

- 1 Instrumentum publicum de iure communi executionem paratam habet, quando fit coram iudice.
- 2 Promissio, quæ fit coram iudice, vel in iudicio executionem paratam habet.
- 3 Obligatio liquida apud acta facta executionem habet.

Quinto loco limitatur principalis conclusio, de qua supra, & vt instrumenta & contractus de iure ciuili paratam executionem non habeant, quando promissionis instrumentum, & vel ipsa promissio coram iudice, vel in iudicio fiunt. vt voluit Imola per illum tex. in c. ad reprimendum, in vlt. not. extra de offic. ordin. & obligatio namque cum est liquida apud acta facta executionem habet, vt voluit gl. in d. l. generaliter. Cod. de episc. & cler. & est tex. in l. cum pro quo, vbi Alex. & alii, ff. de in ius vocan. & Matthæus de Afflict. in decis. Neapol. 387. si vno.

C A P. XVII.

Argumentum in Summariis.

S V M M A R I A.

- 1 Instrumentum confessionis in iudicio factum executionem paratam habet.
- 2 Calor iudicii multa calefacit.

Sexto præterea loco limitatur præcedens principalis conclusio in confessione in iudicio facta. & Nā licet regula sit, vt supra firmauimus, quod instrumenta & contractus de iure executionem non habeant: attamen confessio siue instrumentum in iudicio factum, etiam quod fiant non oblato libello executionem habere dicuntur. l. vnica. C. de confess. & l. post rem. ff. de re iudic. & tradit Petrus Rebuffus in d. tract. liter. obligat. in 6. artic. glos. 3. num. 32. & in l. si debitori. ff. de iudic. & calor enim iudicii multa calefacit. l. siue apud. acta. C. de transactio. & præsertim si confessione in iudicio facta res decisa sit. l. debitoribus. ff. de iudic. & l. Iulianus. ff. de confess. & tradit Boerius in d. decis. 295. num. 8. & 9. vol. 2.

C A P. XVIII.

A R G V M E N T V M.

Sequitur alius casus paratæ executionis iure ciuili, in instrumentum fideiussoris qui soluit.

S V M M A R I A.

- 1 Instrumentum fideiussoris soluentis habet paratam executionem contra suum principalem, pro quo soluit, & quomodo & quando.
- 2 Executio in vim instrumenti obligatorii, quando & quomodo fieri possit.

Septimo limitatur præcedens principalis conclusio in fideiussore solvente: † eo enim casu cōtra eū, pro quo soluit executionē habebit, vt voluit Bal. in l. si per illū tex. in fi. ibi, statim. C. de vsur. rei iud. Executio † namq; in vim instrumēti obligatorii fieri potest, etiā si in instrumento principalis debiti non ostendatur, dummodo tamen fideiussoris instrumentum sigillatum & perfectum sit, vt inquit glos. in l. sciendum. ff. de verb. oblig. & Iac. Butrig. in autb. si quis in aliquo. col. 2. C. de eden. Id autem, vt inquit Petrus Rebuffus in loco saepe supra citato, nu. 24. in fideiussore iudicii locum habet, vt voluit glos. in c. vnico. de iniur. & damno. dato. in 6. & Spec. in tit. de executio. senten. §. sequitur. versic. quid si sententia, & Bal. in l. 3. in fi. ff. qui satisfd. cogant. & Bart. in l. 1. ff. iudic. sol. cum similib. Et ita, vt inquit Guido Papæ in decis. 26. à Dominis Rotæ decisum fuisse, intelligendo tamen nisi personæ mutata sint: eo namque casu prius contra primam personam iudex adeundus est, deque causa summarie cognoscendum, vt docet Speculator in d. tit. de execut. senten. §. breuiter. Et rursus idem Guido Papæ in q. 21. de iure. At secus de fideiussore contractus dicendum est, qui non habet executionem, nec etiam contra eum fieri potest executio, vt est tex. in l. Grace. §. 1. ff. de fideiuss. & in l. præsent. §. adiacientes ff. de his, qui ad eccles. confug. & Ang. in l. si cum pecuniam. C. de priuileg. fisci. & tradit Hippol. Marf. in Rub de fideiuss. quæst. 52.

C A P. XIX.

A R G V M E N T V M.

Sequitur alius casus paratæ executionis iure ciuili, in instrumento computi finalis.

S V M M A R I V M.

- 1 Computum finale executionem habet, & computi instrumentum.

Octauo loco limitatur in casu l. si ego, §. dotis. ff. de iure dot. quem pro valde singulari refert Roman. in l. qui iure. ff. de acquir. poss. Ex quo colliguntur computum † finale non solum probare, sed etiam executionem habere, cum rationes sunt extinctæ & conclusa summa, vt voluit Bart. in l. 2. col. penult. C. de iure fisci. lib. 10. & tradit Petrus Rebuffus in d. tract. de liter. oblig. in 6. artic. glos. 3. num. 37. subdens, in Gallia visis rationibus & dispunctis, in eo quod superest executionem fieri. Nisi error allegetur, vt voluit iterum Bar. in l. cognoscere. §. dispungere. ff. de verb. signif. & firmat Boerius in d. decis. 295. num. 14. vol. 2. Id autem intelligendum est, vt inquit Boerius in eadem decis. quoties huiusmodi computum signatū & receptum est à tabellione autoritatē recipiendi instrumenta obligatoria inter laicos volentes habente: At si solum signatum sit à debitore, non à Notario, executionem non habet, propterea quod tunc tanquam quædam cautio seu priuata scriptura iudicialiter non recognita habetur. vt inquit Bal. in cons. 134. proponitur quod ex causa depositi, vol. 3.

C A P. XX.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

- 1 Instrumentum habet executionem paratam, quando notarius facit præceptum parti.

Nono limitatur præcedens principalis conclusio, quando notarius præcipit † parti, vt intra certum tempus soluat: & apponit illam clausulam, monitus & condemnatus per nos fuit. &c. eo enim casu executionem habebit, vt in eodem loco inquit Petrus Rebuffus num. 38. & voluit Iac. Butrig. in d. l. si in 3. notab. C. de edicto diui Adrian. tollen.

C A P. XXI.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

- 1 Instrumentum iure communi habet executionem paratam in bonis inuectis & illatis.

Decimo † limitatur præcedens principalis conclusio contra conductorem, cuius bona sunt inuecta & illata in domum conductam, vt inquit eodem in loco Petrus Rebuffus num. 39.

C A P V T XXII.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

- 1 Sententia, quæ transiit in rem iudicatam paratam executionem habet.

Vndecimo † limitatur præcedens conclusio in sententia, quæ transiit in rem iudicatam. d. l. postrem. vbi Castren. & Alex. ff. de re iud. & l. 2. C. de execut. rei iudic. & Bart. Bal. & Dd. in d. l. pen. ff. deposit. & Boerius in d. decis. 295. num. 8. & 9. vol. 2.

C A P. XXIII.

Argumentum est in Summariis.

S V M M A R I A.

- 1 Testium depositiones in publicam formam ad perpetuam rei memoriam redactæ, paratam habet executionem.
- 2 Statutum disponens instrumenta executionem paratam habere, procedit etiam in testium depositionibus in publicam formam redactis ad perpetuam rei memoriam.

Dodecimo limitatur eadem superscripta conclusio principalis in dictis † & depositionibus testium ad perpetuam rei memoriam in publicam formam redactis, vt tradit Ang. in d. l. fin. in gl. in ver. depositionibus, in fi. C. de edicto diui Adrian. tollen. & facit tex. in c. significauit, extra de testib. Vnde notandum esse inquit, statutum † disponens instrumentum publicum paratam executionem habere, in eis quoque depositionibus locum habere, quæ ad perpetuam rei memoriam in publicam formam rediguntur, vt inquit Boerius in d. decis. 295. num. 10. volum. 2.

C A P. XXIV.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

- 1 Scriptura priuata testibus munita, executionem paratam habet.

C

Deci.

Decimotertio ¶ limitatur prædicta conclusio, ut voluerunt Iac. Butrig. & Cynus, si scriptura priuata testibus comprobetur. l. in exercendis. C. de fide instrum. quos refert Ang. ibi. col. 2. in princ. versic. sed si per testes, & in vlt. verbis. Facit etiam ad hoc optimè text. in l. scripturas, cum sua auth. C. qui pot. in pign. habeant. cum apparet agnita seu testibus confirmata. Inquit tamen Boerius in d. decis. 295. nu. 13. hanc limitationem dubitatione non carere, ut ipse videm, ad quem me breuitatis causa refero, latius prosequitur.

C A P. XXV.

A R G V M E N T V M.

Sequitur alius casus Executionis paratæ iure communi in instrumento garantigato.

S V M M A R I A.

- 1 Instrumenta garantigata executionem paratam habent.
- 2 Garantigia, quid sit.
- 3 Præceptum factum à iudice in confessum habet executionem paratam.
- 4 Garantigia habet vim iudicij, & sententiæ æquiparatur.
- 5 Mora non potest purgari, quando quis tenetur vi instrumenti garantigati.
- 6 Garantigia præceptum in Gallia, quomodo fiat.
- 7 Confessio tanquam erronea post præceptum garantigæ reuocari potest.
- 8 Instrumentum non dicitur garantigatum, si confessio sit nulla & erronea.
- 9 Exceptio erroris & nullitatis confessionis, quæ reddit garantigiam nullam, opponi potest non obstante statuto disponente, huiusmodi instrumenta garantigata exequenda esse.
- 10 Confessio ficta non sufficit, ut instrumentum garantigatum validum sit, & habeat executionem paratam.

Quartodecimo & vltimo limitatur præcedens principalis conclusio supra fundata in instrumenti garantigatis: Illa ¶ namq; executionem paratam habent, ut inquit Alex. in l. si cum dote. §. eo autem tempore. nu. 6. ff. soluto matrim. & Pau. Castren. in d. l. post rem iudicatam. ff. de re iud. Garantigia ¶ autem, ut inquit Alex. eodem in loco, nihil aliud est, quam præceptum quoddam, quod à notario debitori præfenti quod soluat, & quando sit, & Soci. senior in conf. 79. nu. 49. vol. 4. vbi & ipse quoque inquit, nihil aliud esse garantigiam quam præceptum quoddam factum à notario de instrumento rogato & ordinario iudice effecto obseruandi promissa, ut inquit Cynus in l. 1. C. de confess. & Bart. in l. non fatemur. ff. eo tit. & Ang. & Imola in l. ait prator. §. 1. ff. de re iudic. Vnde dixit Iac. Butrig. in l. 2. §. si actor. C. de iure calcu. Notarium nisi in verè confessum huiusmodi præceptum exercere posse. Hoc autè præceptum notarij illi omnes facere possunt, qui iudicalem, ut dicunt, authoritatem habent: ut sunt tabelliones illi, qui à Comitibus Palatinis, vel ab Imperatore creantur, & Iudices cartularij appellantur, ut ait glos. in l. fin. C. vbi, & apud quem. & in l. rem non nouam. C. de iudic. & clarior est glos. in l. 1. ff. de iudic. Et ideo sicut alioquin præceptum ¶ fa-

ctum à iudice in confessum paratam executionem ¶ habet. l. si debitori. ff. de iudic. & dicta l. si post rem iudicatam. Ita etiam & in hoc casu. Secus verò, si Notarius huiusmodi iudicalem authoritatem nō habeat. tunc enim tale præceptum facere non potest, ut est tex. & ibi subtiliter ponderat Bald. in l. adoptio. C. de adopt. Hanc præterea conclusionem sequitur Brosp. Carau. super Ritib. magnæ curiæ. Ritu. 166. nu. 33. Iterum quod instrumentum garantigæ paratam executionem habeat, tradit Soci. sen. in conf. 16. num. 66. vol. 4. inquit eius vi, quem præcise ad factum cogi & compelli, ut voluit Bald. in l. 1. C. de sentent. quæ pro eo quod inter. Habet namque huiusmodi præceptum ¶ vim iudicij, ut inquit Bald. in l. 2. C. de executio. rei iudic. in quo quis præcise cogitur, ut est glos. quam ibi sequitur Bar. in l. sed & hæ. ff. de procur. & rursus idem Bart. in l. stipulationes non diuiduntur. ff. de verb. oblig. Imo etiam sententiæ æquiparatur, ut tradit rursus Bart. in l. possessio. §. sed si possessio. ff. de acquir. possess. Præterea hanc eandem conclusionem sequitur idem Soci. in conf. 199. nu. 4. vol. 2. addens prædictis, quod uti post sententiā mora purgari ¶ non potest, ut habetur in l. si insulam. §. ff. de verb. obligat. vbi id ego Pisis ordinariè profitens latissime cum multis aliis sum prosequutus: ita etiam cum quis vi instrumenti garantigati tenetur purgari non possit, ut voluit etiam Corn. in conf. 99. num. 2. vol. 3. & in conf. 259. num. 8. eodem vol. 3. & Boerius in d. decis. 295. num. 6. vol. 2. & Ang. in l. 4. §. condemnatum; ante finem, versic. sic & pro hoc dico tibi. & videtur text. in cap. 1. §. si inter partes. & Bart. in leg. cum quis. ff. de iureiuran. & Pau. Castren. in leg. fin. C. de edicto diui Adria. tollen. Subdit ¶ tamen Boerius in eadem decis. num. 6. stylum & consuetudinem in Gallia obseruari, ut condemnatio in litteris instrumentisve contractuum, quasi quis sit iudicialiter condemnatus apponatur, ut dixerunt Cynus & Ioan. Fabri in l. si certum. C. famil. ercisc. & Benedic. de Barz. in tract. guaranti. in 1. parte. quæst. 3. in prin. cum iis, quos refert Boer. in §. 27. col. vlt. de iurisd. omn. iudic. lib. consuetud. Biturigen. Et Guido Papæ in quæst. 117. dicit id Lugduni seruari & aliis in locis Galliæ: in patria autem Delphinali locum nō habere; ob id quod huiusmodi publica instrumenta ex stylo & consuetudine illius provincie executionem paratam non habent.

Illud tamen hoc loco pro clariori intelligentia omittendū non est, post ¶ garantigæ factū præceptum confessionem uti erroneā reuocari posse, ut tradit Bart. in l. non fatetur. ff. de confess. & notat Bald. in l. error. ff. de iur. & facti ignor. & refert Soci. sen. in conf. 79. num. 50. vol. 4. Quandoquidem si confessio erronea & nulla ostendatur, inde etiam apparebit ¶ instrumentū non esse garantigatum; cū garantigia in confessione fundetur: Nam ut inquit Bal. in d. l. error. ut præceptū ipsum confessionis errore tanquā accessorium non subsistat necesse est. Ratio autè est vulgarissima: Nam cum obligationis substantia minus efficax est, pariter etiam garantigæ clausula, quæ inhæret, effectū & vim suam parere non potest, ut habetur in l. fin. ff. de constit. pecun. quam ad hoc refert. Bal. in l. si absenti. C. si cer. pet. & tenet Cynus in leg. in contractibus. C. de non num. pecun. & iterum Bald. in l. etiam. C. de executio. rei iudic. Et ideo dicunt hanc erroris & nullitatis confessionis exceptionem, ¶ quæ garantigiam nullam

nullam esse dicit opponi posse, non obstante statuto disponente huiusmodi instrumenta garantigiata exequenda esse, *vt dixit Bartol. in l. 1. §. parui.* cum instrumentum garantigiatum in eo casu non esse existimetur, *vt latius tradit Socin. eodem in loco. & rursus hanc conclusionem sequitur Socin. senior in consil. 27. num. 25. vol. 4.* Nam si ficta et confessio non sufficit ad validitatem instrumenti garantigiati minus sane erronea, & nulla sufficere debet, *arg. auth. multo magis. C. de sacros. eccl. cum vulgaribus.*

C A P. XXVI.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

- 1 Statuta multa sunt que instrumentis in variis locis executionem paratam concedunt, & executioni mandari mandant.

PAtet ex supradictis instrumenta publica regulariter executionem paratam non habere, nisi in limitationibus paulo ante relatis & aliis, si quæ de iure communi quas ego non viderim: quæ plures esse possunt, non repererim. Hinc sumpta occasione statuta & iura municipalia in hoc ius civile supplentia et variis in locis emanarunt, non solum in Italia, sed etiam in variis mundi regionibus. Nam, *vt inquit Menoch. in tract. de arbit. iudicio. lib. 2. casu. 17.* Papiæ constitutum est *statuto 6. in civilibus, sub Rub. de execut. instrum.* vt instrumenta executionem paratam habeant, prout etiam in in ciuitate Montis regalis: Item Mediolani, Ferrariæ, Veronæ, & alibi. Ea tamen vt iuris civilis correctoria, strictam ex causa interpretationem recipiunt, *vt inquit Calcan. in consil. 17. num. 3. & Barba. in consil. 42. col. 10. vol. 1.* Ea tamen causa liquida & clara esse debet, vt respondit Alex. *in consil. 188. col. 2. vol. 2. & in consil. 33. vol. 6. & Decius in consil. 323. col. 2. & in consil. 618. n. 5. & Socin. iun. in consil. 181. num. 78. vol. 2. & Boerius in decis. 57.* qui illis in casibus affirmant executionem statim concedendam non esse, vbi numeratio & mensuratio necessaria est. Nam eo casu contractus perfectus non dicitur. *l. Iulianus. §. si Titius, vbi Bar. ff. de actio. empti.* Et ideo hac de causa plerunque statuentes verbum illud *liquidum* addere solent: nam alioquin si instrumenta liquida non essent, etiam vi & iure statutorum municipalium, vt infra latius dicetur, concedenda non esset.

C A P. XXVII.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

- 1 Statuta disponentia, instrumenta publica executionem paratam habere, licet iuri communi repugnent, id tamen intelligendum non est de statutis loquentibus de instrumentis garantigiatis.

ET si supra dictum sit, et instrumenta de iure communi executionem paratam non habere, & inde illatum sit, vt statuta mandantia & disponentia instrumenta publica habere executionem paratam, esse & disponere contra ius commune: attamen Ang. *in d. l. ait prator. §. si iudex. ff. de re iudic.* secus esse ait, si statuta disponant non simpliciter instrumenta, sed instrumenta garantigiata exe-

cutioni demandanda esse, propterea quod huiusmodi instrumenta vt supra in limitatione 14. diximus, etiam de iure communi instrumenta garantigiata paratam executionem habent. Nam vt inquit Corn. *in consil. 259. n. 8. vol. 3.* talis decisio & determinatio à iure communi non discrepat, vt voluit iterum Ang. *in d. §. si iudex.* Vbi Imola subdit, quod ex quo dum Notarii seu tabelliones creantur, iudices ordinarii fiunt in hoc vt iurisdictione in volentes præcipiendi & imperandi habeant: ideo etiam ex hoc capite cum iure communi conueniant: & ideo inde infert, vt illam potestatem vi iurisdictionis eis à Principe vel Principis autoritate concessæ habeant; si vero Notarius vel Tabellio dum creantur iudices ordinarii non efficiantur, sed eam iurisdictionem à statutis tantum haberent, vtique tunc huiusmodi statuta esse exorbitantia dici posset, & ex consequenti iuri communi repugnarent, prout dixit Ang. *in l. cum antea. C. de arbit. & si videatur contradicere iis, quæ voluit in d. §. si iudex. eam tamen discrepantiam concordat Corn. in d. consil. 259. num. 8. volum. 3. & rursus idem dixit in dict. consil. 99. num. 2. eodem volum. 3.*

C A P. XXVIII.

A R G V M E N T V M.

Instrumenti garantigiati executio quando impediatur.

S V M M A R I A.

- 1 Instrumenta garantigiata regulariter impediri non posse.
- 2 Instrumenti garantigiati executio quando impediri possit.
- 3 Tempus probationis faciendæ remittitur arbitrio iudicis.
- 4 In continenti vel ex interuallo aliquid fieri quando dicatur.

Colligitur (ni fallor) ex prædictis regulam constitui posse instrumentorum garantigiatorum executionem et impediri non posse, quæ tamen regula, vt supra in 14. limitatione, num. 9. vidimus in exceptione et erroris & nullitatis confessionis limitatur. Prout etiam locum non habet, si obiciat debitor aliquam exceptionem, quam statim probare intendit, vt voluerunt Roman. *in consil. 76. col. fin. & Neuiz. in consil. 56. num. 9. vers. confirmo tertio. & Decius in d. l. fin. num. 43. C. de edicto diui Adrian. tollen. & iterum in c. ex parte, 2. num. 6. vers. septimo falli, extra de offic. delega. & in c. an sit, in 3. notab. extra de appell. & in consil. 466. in fi. & Ias. in l. iurisperitum. §. quod fere, num. 13. ff. de pact.*

Tempus autem et huius exceptionis faciendæ iudicis arbitrio statuendum videtur, vt inquit Rom. *in d. consil. 76. col. fin. quem refert Neuiz. anus in d. consil. 56. num. 9. vers. confirmo tertio. & rursus idem Roman. in consil. 244. in fin. quem sequutus est etiam Crauet. in consil. 156. num. 17. in fin. Nec dissentit Decius in d. cap. an sit, num. 3. extra de appellat. & refert Menochius in dicto tract. de arbit. iudic. lib. 2. centur. 1. casu 17. num. 7.* Iudex autem hac in re diligenter animaduertere debet, et satis dici in continenti vel statim probare, si aliquod publicum solutionis instrumentum debitor ostendat: & rursus e contra ex interuallo, si super illa exceptione testes examinandi sint, vt colligit

Boerius in d. decis. 295. num. 7. post Ang. in l. si deposita. C. deposit. & refert Menoch. in loco predicto.

CAP. XXIX.

ARGUMENTVM.

Instrumenta an semper faciant rem liquidam.

SUMMARIUM.

- 1 Instrumenta faciunt rem patentem & notoriam, & num. 6. & quando, num. 7.
- 2 Evidens illud est, de quo constat publico instrumento.
- 3 Probatio dicitur manifesta, quæ sit publico instrumento, & dicitur probatio probata.
- 4 Indubitatum est illud, de quo constat publico instrumento.
- 5 Casus legis ubi est, non est amplius dubitandum.
- 8 Instrumenta ut paratam executionem habeant, liquida esse debent.
- 9 Instrumentorum liquidatio precedere debet antequam ad executionem deueniatur.
- 10 Statutum si disponat, quem posse in carcerem detru- di, & non solum eum, sed eius quoque heredem: in- telligitur, si prius liquidetur quod sit hæres debito- ris.
- 11 Statutum si disponat instrumenta habere executio- nem paratam si fiat præceptum alicui tanquam heredi alicuius, antequam constet eum heredem tale præceptum non subsistere.
- 12 Pactum executium licet possit exerceri contra debi- torem, non exercetur contra alium possessorem, ni- si prius discussio, an tertius causam à debitore ha- beat.
- 13 Vxor vi pacti executiui propria autoritate posses- sionem ingredi non potest, nisi liquidato instru- mento de morte viri, & quod venerit casus dotis restituendæ.
- 14 Statuto disponente quod debitor possit capi ad instan- tiam creditoris, ad instantiam cessionarii capi non potest, nisi facta discussione, an sit ius cessionis.
- 15 Executio, quæ contra heredem fieri debet, ex abrupto fieri non debet.
- 16 Citatio in executione licet non requiratur, & præ- fertim cum sit in eadem re, de qua facta est conde- mnatio, requiritur tamen ubi sit executio contra successorem.
- 17 Executio ubi petitur sententia vel instrumenti secun- dum formam statutorum, & debitum non est pu- rum & liquidum, instrumentum liquidari in li- bello peti debet: & eo liquidato liquidum pronun- tiari, & deinde exequi curari.
- 18 Statuta si disponant instrumenta habere executio- nem paratam, intelligitur de liquidis.

Quoniam pleraque statuta in tota Italia & in aliis quoque orbis partibus, siue municipales leges, cum instrumentis executionem concedunt, quod sint liquida exprimere videntur: satis probabi- liter dubitandum & querendum videbatur, an hu- iusmodi expressio superflua & prorsus inutilis sit: pro- pterea quod instrumenta rem patentem faciunt & notoriam. l. cum precibus. C. de probat. & l. deside- rium. C. de posit. & notat Bar. in l. 1. in princip. colum. 3. quæst. 1. ubi tradunt etiam alii. ff. de oper. noui nuntiat. & Decius in consilio 423. num. 12. Et evidens est illud

est, de quo publico constat instrumento. & cum dile- cti, extra de donat. ubi tradit etiam Abbas in 1. notab. Manifestissimaque est probatio illa, quæ à publi- co instrumento provenit, ut inquit Decius in c. li- cet causam, in 13. notab. extra de probatio. Probatioque probata appellatur, ut inquit Bal. in l. quoties, in fin. C. de iudic. & in l. interest, C. de solutio. & latius Alciat. in tract. præsumpt. in 3. reg. præsumptio. 13. numero 8. & Ti- raquell. de retract. lignagier. §. 2. glos. 1. numero 20. cum pluribus sequentibus. Et quod plus est, indubitatum est illud dicitur, de quo publico constat instru- mento, ut inquit Tiraquell. eodem in loco, num. 22. post De- cium in consil. 389. & tradit Aymon Crauet. in consi- lio 31. in fine. dum inquit casus instrumenti ubi est, dubitandum non esse, prout etiam & de casu legis, l. ancilla, C. de furt. & tradunt Doct. in cap. 1. extra de constitutio. & Grat. in consil. 1. num. 90. volum. 1. & Cor- ne. in consil. 55. numero 6. volum. 2. & Roland. à Valle in consil. 69. num. 18. & in consil. 80. numero 4. volum. 1. & Cephal. in consil. 138. num. 20. volum. 1. qui in specie loquitur de casu statuti. Et rursus quod instrumen- ta rem notoriam faciant, tradit late Ceph. in con- sil. 4. num. 20. volum. 1. & habetur in decis. Pedemonta- na. 129. num. 7. cum multis concordantibus. Verum præ- dictis non obstantibus probabilis est hæc dubita- tio. Prædicta namque procedunt, si instrumenta nullas in contrarium oppositiones aut exceptio- nes recipiunt, ut notat Imola in c. constitutus, extra de filiis presbyt. & Anton. Butr. in c. cum contingat, in 3. notab. extra de rescript. & Decius in consil. 474. nume- ro 3. & in c. licet causam, in 13. notab. extra de probat. & Socin. in consil. 226. num. 4. & Ruin. in consil. 128. nume- ro 1. & 13. volum. 4. Et ideo instrumenta et executio- nem paratam ut habeant, liquida esse debent, ut notat Bartol. in l. per diuersas. C. mand. quem refert De- cius in consil. 682. num. 9. & rursus Bart. in l. proinde. §. notandum ff. ad legem Aquiliam. & Bal. in l. 2. C. de exe- cut. rei iudic. & Alexan. in consil. 188. num. 1. volum. 2. & Socin. in consil. 4. volum. 1. & Ias. in l. 1. numero trigesi- mo primo. ff. de eden. Illud tamen pro maiori declara- tione rei propositæ adnotandum est, antequam ad executionem deueniatur, liquidationem præce- dere oportere, ut est tex. in l. hoc iure, ubi tradunt com- munitè Dd. ff. de verb. obligatio. quem notat Bal. in l. si quidem, num. 5. Cod. de exceptio. & rursus idem Bald. in consil. 393. inchoatus verbis statuti, volum. 2. quem refert Boerius in decis. 52. num. 8. & Grat. in consilio 40. nume- ro 27. volum. 1. Et plures casus congerit Roland. à Valle, in quibus antequam ad executionem deue- niatur, liquidatio precedere debet, in consil. 20. nu- mero 8. & pluribus sequentibus, volum. 1. per ea, quæ notant Dd. in l. postulante. ff. ad Trebellian. dum con- cludunt, ut licet extet statutum et disponens, debi- torem & eius heredem in carcerem detru- di posse, illud tamen intelligunt, si prius quam hæres sit de- bitoris liquidatum fuerit. Prout voluit etiam Bal. in d. l. per diuersas, quæst. 10. C. mand. dum inquit hoc non discussio & liquidato, res vel personam capi non posse, cum capere aliquem, & in carcerem du- cere, non leuem iniuriam contineat, ut infra latius suo loco dicitur. & idem voluit Innocen. in c. quia, ex- tra de iudic. reputatque notandum, & Bal. ipsum sequi- tur Alexan. in consil. 188. colum. 1. volum. 2. & in consi- lio nonagesimonono. colum. 4. eodem volum. 2. & Fe- lin. in dict. cap. quia, colum. penult. in principio. Vnde dixit Paulus Castrensis. in consil. 301. colum. 2. stante

- stante statuto instrumentis paratam executionem concedente, † si alicui tanquam alicuius heredi præceptum fiat, antequam constet eum esse heredem, ob id quod fortasse hæres in testamento scriptus non sit, huiusmodi iudicis præceptum non subsistere & eum non afficere: Et ideo subdit in practica eum, contra quem sit præceptum prius an sit eius hæres interrogandum esse, si contra eum tanquã cõtra heredẽ agere vult; & tũc si respõdeat eius heredem esse, notoriũ fiet iudici eũ esse heredem, & id iuncto instrumento ad executionem faciendam satis est, *argumento eius quod notatur in l. certi condicio. §. quoniam. ff. si cer. pet. in gl. 1. At si negaverit, secus est: tunc namque ordinarie agendum est, libellusque dandus, vt tradunt Doct. in l. fin. C. de edicto diui. Adrian. tollen. & Bart. in d. l. creditores, col. 7.*
- 12 *versio. præmissa. C. de pigno. inquit, pactum † executionis licet contra debitorem intentari & exerceri possit: id tamen contra alium possessorem locum non habere, nisi prius coram iudice illum tertium possessorem causam à debitore habere discussum & liquidatum fuerit. hoc dictum Bartol. sequitur Alex. in d. consil. 188. col. 1. vol. 1. & in consil. 96. col. 2. volum. 4. & Socin. in consil. 82. colum. 2. volum. 3. Et ideo dixit Arret. in consil. 21. colum. 3. Vxorem † vi pacti executioni propria autoritate possessionem ingredi non posse, nisi prius instrumento de morte viri liquidato, & casu dotis restituendæ: id quod voluit etiam Alex. in consil. 153. colum. fin. volum. 6. Et Bal. in d. l. per diuersas, quæst. 10. C. manda. inquit stante † statuto, vt debitor ad creditoris instantiam capi possit, ad instantiam tamen cessionarii capi nõ posse, nisi prius citato debitore, & an fuerit ius cessum nec ne, discussione facta: & sic ex consequenti, an sit cessionarius? Hoc dictum Bal. pariter sequutus est Alex. in d. consil. 96. colum. 2. volum. 4. & in consil. 115. in fine, volum. 7. & Boerius latissime in decis. 10. colum. 2. volum. 1. Et in specie de hærede tradunt communiter Doctores in d. cap. quia 7. extra de iudic. vbi expresse dicunt † executionem quæ contra heredẽ fieri debet, in continenti &, vt ipsi aiunt, ex abrupto fieri non debere, nec posse: sed prius citandum & liquidandum esse, quoniam sit hæres: & idem voluerunt Ang. & Alex. in d. l. ratione. ff. de feriis. & Ruin. in consil. 88. colum. penult. volum. 5. & in consil. 102. colum. 2. eod. volum. Et Ang. in l. 1. C. de iudic. dum inquit, licet in † executione citatione opus non sit, & præfertim cum sit in eadem re, de qua facta est condemnatio, vt inquit Innocen. in c. ex ratione, extra de appell. & tradunt omnes in l. à Diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iudic. id tamen vbi contra successorem executio fit, locum non habere: Eo namque casu citari debet, vt voluit Capicius in decis. 1. & Bal. in sua margarita, in verbo, executio, cum aliis vulgaribus. Ergo non sine magna ratione reperitur in statutis legibusque municipalibus vbique de dando instrumentis executionem loquentibus verbum illud, liquidum, prout etiam tradit Boerius late in d. decisio. 295. num. 15. volum. 2. Vnde dixit iterum Bal. in d. l. 2. C. de executio rei iudic. & refert Boerius eodem in loco, cum petitur † executio sententiæ vel instrumenti secundum formam statutorum & debitam purum, nec liquidum est, in libello instrumentum liquidari petendum esse, eoque liquidato liquidum pronunciari: & his præmissis vt exequatur curandum esse: & id refert Arretin. in §. curare debet iu-*

dex. colum. 5. versic. sed tu aduertas in actu practico, Institut. de actio. subditq; singulare & in praxi valde notandum esse, & iterum tradit Bart. & sequuntur Doct. in l. 1. in princ. ff. de eden. & in l. proinde. ff. ad l. Aquiliam. & iterum tradit Bartol. & recentiores in l. 1. ff. de legat. 2. & si aliquando ex forma statutorum ad capturam vel tenutam procedi possit, vt inquit Socin. in dicto consil. 96. numero 8. volum. 4. Præterea quod quando statuta † disponunt instrumenta executionem paratam habere, de instrumentis liquidis intelligendum sit, tradit etiam Hippol. Marfil. in l. vnus. §. cogniturum, num. 21. ff. de quæstio. per ea quæ voluit Bartol. in l. non putauit. §. non quæuis. ff. de bonorum possess. contra tab. & in l. 4. §. condemnatum. ff. de iudic. dum vult, si statutum dicat instrumenta executioni demandanda esse: huiusmodi generalitatem ad instrumenta publica restringendam esse, vt rursus voluit Bart. in l. diuus Traianus. ff. de milit. testam. & in l. non ignorat. C. qui accus. non poss. & in l. prima, §. primo. ff. quod vi, aut clam. & Ioan. Andr. in additio. ad Specul. in titulo de prola. senten. in §. vt autem, in additio. incipiente, causa hæc, & Bald. in l. si causam. C. de executio rei iudic. & Salic. in d. l. ita pudor. Cod. de adulter. & est ex mente Bart. per illum tex. in d. l. proinde. §. notatum. ff. ad leg. Aquil. & in l. prima, in fine. Cod. de senten. quæ sine certa quant. & Bald. in l. cum testamento, in fine. C. de manu. testam. & in l. apertissimi. C. de iudic. & faciunt notata à Bartol. in d. l. creditores. C. de pigno. actio. & in l. 1. in fine. ff. de lega. secundo, & in l. 1. ff. iudic. solui. & in l. 2. Cod. de senten. ex peric. recitan. & Bart. iterum in l. 1. in princ. ff. ad leg. Iuliam maiest. & Bald. in l. 1. ff. de lega. secundo. & in l. 1. ff. de eden. & Roman. in consil. 120. circa primum, in princ. & in consil. 202. allegationes Doctoris, circa finem. & in consilio 262. idem mihi concludendum. Et in consilio 119. in proposita consultatione, colum. prima, & Hippol. Marfil. rursus in l. 1. ff. de annu. legat. & late Ioannes Bapt. à sancto Seuerino in l. omnes populi. ff. de iusti & iure & Felin. in Rub. de prescriptio. col. penult. in princ. & rursus Felin. in c. causam quæ, colum. 14. extra de rescript. cum aliis concordantibus.

CAPVT XXX.

ARGVMENTVM.

Instrumenta ex statuto executiua facta an ad inhabilia extendantur.

S V M M A R I A,

- 1 Statuta, de quibus supra, disponentia vt instrumenta parata habeant executionem, semper de habilibus intelligenda sint, & quando ad inhabilia extendantur
- 2 Dictiones, quandocunque, & quoquo modo, ad inhabilia extenduntur.
- 3 Statuto si caueatur, vt de quolibet contractu solvatur gabella, soluetur etiam de contractu recognitionis tenendi rem ab aliquo, & si talis recognitio proprie contractus non sit.
- 4 Statutum si dicat, quemlibet posse accusare, procedit etiam in criminalibus.
- 5 Statutum si disponat, vt quilibet admittatur ad accusandum de maleficio, infantes & alii inhabiles admittuntur.

Statuto stante, ut syndicus villæ teneatur quodlibet maleficium denunciare, ob illam generalitatem, maleficia etiam non punibilia denunciare teneri.

HOc loco pro declaratione prædictorum & eorum, quæ infra dicenda sunt, animaduertendum est, quod licet ex præcedenti conclusione dicendum videatur, ut generalitas statuti generaliter & absolute loquentis ad habilitatem referenda sit, & ex consequenti de habilibus intelligenda sit: attamen quandoque etiam inhabilia comprehendit: & id tunc procedit, quando lex vel statutum aliqua verba continet, quibus suadet intentionem disponentium fuisse, ut inhabilia etiam comprehendantur: ut puta quandoenque, vel quoquo modo, vel similia, quæ multa & satis varia esse possunt, ut inquit Hippoly. Marfil. in d. l. vnus actionis. §. cogniturum, numer. 22. ff. de questio. Et optimè comprobatur hæc conclusio ex iis, quæ dixit Anto. Burgos Hispanus in hac ciuitate super quaestione non leui de statuto, quo cauebatur, ut quodlibet instrumentum in ciuitate a quocunque confectum insinuari & registrari in camera seu archino publico deberet: alioquin compromissum omne & quodlibet laudum, quod inde sequeretur, nullum esset. Eo namque statuto ita disponente, accidit, ut quidam cum filios suos hæredes instituisset, eos grauauit sub pœna priuationis hæreditatis, ut de omni & quacunque lite & controuersia, compromissum in quendam, quem ad hoc destinauit, facere deberent, & eius laudo & decisioni stare: cumque accidisset, ut post mortem patris plures lites & controuersie inter ipsos fratres suborirentur, eas in prædictum ad id destinatum compromiserunt non obseruata statuti prædicti dispositione: propterea quod instrumenta ipsa compromissorum in camera seu archino publico registrata non fuerunt. Vnde dubitatum fuit, an ob spretam prædicti statuti formam compromissa & lauda inde sequuta subsisterent? Qua in re cum valida esse, & subsistere primo ingressu dicendum videretur, ex quo a patris dispositione procederent, & necessariò confecta & secreto inter dictos fratres in eorum domo facta, quasi ea tantum statutum illud comprehendere voluerit, quæ sponte & inter extraneos fierent vel inter coniunctos iure ordinario & in eos compromitterent, de quibus conuenissent: contrarium tamen ipse verius esse existimauit & consuluit concludendo, ut etiam huiusmodi compromissa sub dispositione illius statuti comprehendantur: & ea potissimum ratione mouetur, quod statuētes illa dictione, quodlibet, vti sint. Nam licet verba generalia ad habilia restringi debeant, & de eis tantummodo intelligi debeant: id tamen verum non est, & non procedit, quando in lege, statuto vel dispositione qualibet, verba aliqua apposita sunt, quæ sua natura ad inhabilia comprehendendum apta sint. Hæc enim verba, quicunque, & quocunque, & similia efficiunt, ut ibi adiciuntur, significatio seu expressio ampliatur & ea comprehendantur, quæ alioquin non comprehenderentur, ut voluit Bart. in l. generali. §. vxori. ff. de vsu. legato. quem sequitur Cardin. Alexandrinus in c. si Romanorum. col. 2. 19. dist. & faciunt etiam ea, quæ voluerunt Alex. & Aret. in l. 1. ff. de leg. 1. & Bart. in l. omnes populi, in 6. quaest. in princ. ff.

de iust. & iure. & Gemin. in c. 2. §. 1. in princ. argumeto illius tex. de rebus eccles. non alien. in 6. Dum vult, ut si statuto caueatur, ut de quolibet contractu soluatur gabella, soluatur etiā de recognitione rem tenendi ab aliquo: id quod tenet etiam ibidem Philip. Franc. Et si huiusmodi recognitionem proprie contractum non esse manifeste appareat, & dubitandum non sit, cum non sit vltro citroque obligatorius. Comprobatur præterea huiusmodi conclusio ex iis, quæ voluit Bald. in rub. C. qui accus. non poss. dum loquitur de statuto disponente, ut quilibet accusare possit. Nam etiam in criminalibus locum habebit, ut inquit Hippoly. Marfil. eodem in loco, num. 24. & voluit Bald. in l. ita pudor. C. de adulter. dum pariter de statuto loquitur disponente, ut quilibet ad accusandum admittatur de maleficio: Nam tunc etiam infantes & alios inhabiles admitti existimauit. & id sequitur etiam Anania in c. 1. quaest. 14. principali. extra de constitut. & Ioannes Baptista à sancto Senerino in l. omnes populi. ff. de iust. & iure. & Barbat. in rub. col. 1. extra de accus. & Bald. super statu. in verbo, capere, versic. statutum quod homines. dum inquit, quod stante statuto ut syndicus villæ quodlibet maleficium denunciare teneatur, ob illam generalitatem tenebitur etiam maleficia non punibilia denunciare, ut voluit etiam Bart. in l. 1. §. accusationem. ff. ad Senatuscons. Turpilii. & Ang. in l. fin. §. fin. ff. de public. & Anchar. in clemen. presenti, colum. 1. de censib. & Bart. in l. si quis in graui. §. si maritus. ff. ad Senatuscons. Syllania. & Salyc. in l. ea quidem, colum. 3. versic. quarto quero. C. de accusat. & est tex. & ibi tradit Bald. in l. secunda. C. ne fiscus vel priuat. & latius tradit Marfil. eodem in loco.

C A P. XXXI.

ARGVMENTVM.

Instrumentum vi Statuti executiuum an comprehendit id, quod de breui liquidari potest.

SVMARIA.

- 1 Statutum concedens executionem paratam instrumentis liquidis, an locum habeat in iis, quæ breui tempore liquidari possunt.
- 2 Instrumentum liquidum esse, vel breui tempore liquidari posse, paria sunt.
- 3 Instrumenta garantigiata, si continent conditionem re vera purificatam, sed in iudicio nondum probatam, pura dicuntur, non conditionalia.
- 4 Compromissum licet vbi non agitur de instrumento liquido, peti possit stante statuto, vel lege municipali mandante compromissum inter quasdam personas fieri debere: id tamen non procedit, vbi instrumentum breui tempore liquidatur.

QVoniam supra visum est, et statuta vel leges municipales, quæ instrumentis executionem paratam concedunt, de instrumentis liquidis intelligenda esse: Merito hoc loco Doctores nostri quaerere solent, quid de illis instrumentis dicendum sit, quæ prorsus liquida non sunt, sed breui tempore liquidari possunt: An statuta prædicta, vel

leges municipales ad ea extendantur? Et hæc de re magis communis conclusio est, ut omnino extendantur. Ratio autem huius decisionis ea est, quod si paria sint instrumenta esse liquida, vel breui tempore liquidari posse vel liquidanda. *l. fin. cum ibi notatis. C. de compens. & voluit Alex. in l. quidam extimauerunt, col. 3. ff. si cer. pet. & Corn. in cons. 223. vol. 2. & Alex. iterum in cons. 99. vol. 3. & Ant. Mas. Galle. in tract. de instru. ad form. came. obliga. vers. secunda conclusio. num. 10. & seq. & Franc. Viuei, in tract. commu. opinio. in verbo, statutum disponens. vbi dicit communem esse opinionem. Et ideo inferunt, quod licet bonain inuentario seu repertorio descripta minori & domino ante redditam rationem administrationis restituenda, aut ut esse magis communem opinionem dicitur in decis. 90. Rote Bononiensis, in fi. num. 3. Attamen idem per prædicta dicendum videtur, si tutor rationem suæ administrationis infra tempus instantiæ executionis petita reddere potest, & sic creditum suum liquidare, ut latè tradit Borgninus in tract. de tutore & curat. pag. 203. num. 215. Præterea confirmatur præcedens conclusio, quod talis extensio fiat ad instrumenta breui tempore liquidanda, ex iis, quæ voluit Bald. in l. cum testamento, in fin. C. de testam. manu. dum inquit, si instrumenta guarantigata conditionem re vera purificatam habentia: & si in iudicio adhuc probata non fuerint, instrumenta pura, non autem conditionalia dicenda esse, & pro puris & non conditionalibus haberi deberi. Vnde Antonius Capicius in decis. 48. num. 1. & 2. inferebat ad pragmaticam & statuta seu leges municipales, quæ plerisque in locis disponunt, & mandant, vbi non agitur de instrumento liquido, si compromissum inter coniunctos faciendum esse. Nam in eo casu licet instrumentum verè & realiter liquidum non sit: at quia breui tempore liquidari potest, inquit Consilium tenuisse, ut super tali instrumento breui tempore liquidandum compromissum repugnantibus prædictis legibus & statutis peti non possit: & id ea ratione factum est, quod tunc pro liquido habeatur.*

CAP. XXXII.

ARGUMENTVM.

Instrumenta vi statuti executiua, an comprehendant testamenta.

S V M M A R I A.

- 1 Testamentum, an vi prædictorum statutorum executionem concedentium aliarum vel legum municipalium exequendum sit.
- 2 Morstestatoris seu aditio hereditatis ex testamento non constat.
- 3 Instrumentum continet illud, quod legi potest.
- 4 Instrumentum liquidum non dicitur, vbiunque aliquid est ex parte creditoris probandum.
- 5 Statuta concedentia executionem procedunt in executione literarum cambii, vbi non negatur numeratio.
- 6 Actus civilis naturalem veritatem tollere non potest.
- 7 Exceptio rei non tradite vel precii non soluti in continenti probata carcerationem impedit.

Pertinet modò prædictorum statutorum & legum municipalium paratam executionem concedentium declaratione propius ad rem ipsam accedendo nonnullos casus numerare, in quibus procedant vel non procedant: Et in primis Capicius in eadem decis. 48. num. 3. dixit, testamentum si vitalium legum & statutorum executionem non habere, ob id quod liquidum non sit, cum de morte testatoris aditione hereditatis non constet, prout etiam voluit Natta in cons. 60. nu. 2. vol. 1. etiam si sint instrumenta guarantigata, ut notat Bart. in l. creditores, in 3. q. prin. C. de pigno. ad. & Bald. in l. 2. C. de execut. rei iud. & Ias. late in l. 1. ff. de eodem. Instrumentum si namque illud, quod legi potest, continere dicitur, ut voluit Bart. in l. transmissum ff. de his, quæ in testam. delent. Verum, an aliquis alicuius sit hæres in testamento, legi non potest: Nam licet scriptus sit, potest non adisse & nolle adire: ergo liquidum dici non potest. Vbiunque enim aliquid ex parte creditoris probandum est, instrumentum si liquidum non dicitur, ut inquit Caravita super Ritib. mag. cur. Ritu 166. num. 49. & voluit Bald. in l. in rebus. C. de iure dot. & Afflict. in cons. regni, causas. vers. & ideo pridie. num. 6. dum vult statutum si super executione literarum cambii, vbi non negatur numeratio locum habere: at ea infra tempus negata secus esse. Et ratio est, quia civilis si actus, ut est recepti confessio, naturalem veritatem, ut est numeratio, tollere non potest. Est præterea addendum, statuta seu leges prædictas etiam locum non habere, vbi loquerentur de instrumentis ex se ipsis nulla accedente alia probatione liquidis: Eo enim casu debitor carcerandus non esset. Notandum tamen est, quod exceptio si rei non traditæ, vel precij non soluti, in continenti probata impedit carcerationem, ut voluit etiam Caravita in tract. de exceptio. instrum. q. 17. & Bart. in tract. de instrum. guarantigia. par. 3. quest. 5. & 16. & Boerius in decis. 43. in fi. licet videatur repugnare iis, quæ in declaratione 15. firmavit super exceptione non numerata pecunia. Verum Caravita in loco supra relato concordando inquit ibi loqui, quando exceptio non numerata pecuniæ altioris indaginem requirit.

Illud quod in præcedenti conclusione diximus, num. 7. de exceptione rei non traditæ, vel precij non soluti, limitatur quotiescunque ex eodem instrumento de vero numerationis actu apparet: ut puta si Notarius in eodem instrumento attestetur, pecuniam eo præsentem numeratam fuisse. Eo enim casu creditor non solum numerationem probare non tenetur: sed nec ipsa exceptio opponi potest, ut dixit gloss. & sequuntur Doct. in l. si ex cautione. C. de non num. pecun. & Bald. in l. fin. in fin. versic. secundo quero, vbi etiam Salyo. in prin. & Pau. Castren. C. eod. tit. & Alex. in l. Seius & Augerius, col. fin. ff. ad legem Falc. & Decius in l. qui pecuniam, num. 4. ff. si cer. pet. & Rom. in singul. 642. suis. & Petrus Rebuffus in commen. constit. Franc. in tract. de chirogra. art. 93. versic. septimo modera, num. 59. vol. 1. & Didac. Couar. in c. quamuis. par. 3. §. 3. versic. secundo ex hac, num. 11. de pact. in 6. Vnde inquirunt pro conficiendis instrumentis animaduertendum esse, ut quando cum debitore contrahitur pecuniæ numeratio coram omnibus appareat. Limitatur etiam prædicta conclusio aliis decem modis, quos refert Rebuffus in loco paulo ante relato.

C A P. XXXIII.

A R G V M E N T V M.

Instrumentum vi statuti executi-
uum non comprehendit viciosum.

S V M M A R I A.

- 1 Instrumenta, quæ vi statutorum executionem para-
tam habent, qualia esse debeant, & de validis in-
telligendum, & reliquum in capitulo sequenti post
limitationes infra scriptas.
- 2 Sententia nulla, exequenda non est.
- 3 Instrumentum rasum & cancellatum executionem
non meretur.

Diximus supra, statuta quæ de instrumentis lo-
quuntur, de validis authenticis & ex qualibet
parte perfectis intelligere, modo de executione
propius tractando idem concludendum est: vi-
delicet instrumentum † quod vi statutorum le-
gumve municipalium exequendum est, suas omnes
solemnitates, vt supra diximus habere debere, nec
vlla ex parte imperfectum esse oportere, vt voluit
Bart. in l. non putauit. §. non quauis. ff. de bon. posses. con-
tra tab. & in l. Diuus. ff. de testam. milit. & Bald. in l. i. C.
de iuris & facti ignor. & in l. fin. C. de litigio. & in l. si ab-
sentis. C. si cert. petat. & refert Afflict. in decis. 283. vbi
& dixit, sententias nullas executioni demandandas
non esse, per text. in l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudic.
vbi iterum tradit Bart. & rursus idem Bart. in l. i. §. &
parui. ff. quod vi, aut clam. Si n. sententia † nulla, sen-
tentia non est, vt executioni demandanda non sit, ex
satis necessario consequenti dicendum est. De nul-
litate autem sententiæ, quæ ex processus aspectu
apparet, & sententiæ executionem impedit, tradit
Bald. & sequitur Paul. Castrens. in athen. quæ supplica-
tio. C. de precib. Imper. offer. & Bart. in extrauaganti, ad
reprimendum, in verbo, summarie, circa fin. & in l. i. C. ne
lice. tert. prouo. & in l. fin. C. de ordi. cognit. & late tradit
Afflict. in loco supra relato. Eandem præterea opinio-
nem sequitur Curt. iun. in l. fin. num. 6. C. de edicto di-
ui Adrian. tollend. subdens huiusmodi statuta intelli-
genda esse, vbi nulla ex parte vitium aliquod conti-
nent: & ideo infertur instrumentum † rasum vel
cancellatum tanquam non perfectum executio-
nem paratam non habere in casu d. l. fin. Impedit e-
nim tale vitium missionem in possessionem, cum
ex eo quædam contra testamentum suspitio oria-
tur, quæ liquidationem impedit.

C A P. XXXIV.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

- 1 Rasura vel cancellatio, quando est in loco suspecto &
substantiali, impedit executionem, alias non.

Præcedens conclusio, quatenus loquitur de ra-
sura & cancellatione nonnullas recipit limita-
tiones: † Quarum prima est, vt non procedat,
quando non sunt in loco suspecto & substantiali:
Regula enim procedit cum sunt in loco suspecto
& substantiali, vt puta inquit Bart. in d. l. fin. circa an-
nos Domini, vel institutionem. At si sint in loco

non suspecto & non substantiali, vt exempli gratia
inquit Bart. in aliquo legato executionem non im-
pediunt. Glos. vero in verbo vitiatum, exemplificat,
cum vitium est in præfationibus & cum hac limi-
tatione, vt ait Curt. in d. l. fin. num. 6. C. de edicto diui
Adrian. tollen. transeunt communiter Doct. Et licet
Bart. in d. l. si vnus. C. de testam. voluerit contrarium:
Id tamen, vt ibidem dixit Fulgos. lapsu linguæ di-
xisse videtur.

C A P. XXXV.

Argumentum est in Summariis.

S V M M A R I A.

- 1 Rasura seu cancellatio facta manu eiusdem notarii
executionem non impedit.
- 2 Rasura seu cancellatio commode facta executionem
non impedit.

Secundo limitatur præcedens conclusio, quando
† rasura seu cancellatio ita diligenter & accurate
facta est, vt manu eiusdem notarii facta videatur:
Vnde infertur, vt ait Bart. vt si † rasura seu cancel-
latio manu eiusdem notarii facta sit, executionem
non impediat, & ideo regula non procedat, vt in-
quit Curt. in d. l. fin. num. 12. licet vt ipse refert, plu-
res contrarium voluerint, vt ipse ibi late profe-
quitur.

C A P. XXXVI.

Argumentum est in Summariis.

S V M M A R I A.

- 1 Rasura, cancellatio & additio non impediunt exe-
cutionem, quando notarius a se ipso factas esse at-
testatur.
- 2 Notario dicenti, rasuras cancellationem seu additio-
nem de voluntate partium factas fuisse, non credi-
ditur.

Tertio præcedentem conclusionem limitat.
Bart. in d. l. fin. quando notarius in sua subscri-
ptione, id est, † rasuras, cæcellationes, & additiones
a se ipso factas esse attestaretur, cū hac limitatione
alii omnes simpliciter pertranseunt: Dixit tamen
Castrens. vt refert Curt. in d. l. fin. nu. 13. in d. l. si vnus.
C. de testam. † notario dicenti, rasuras, cancellatio-
nes seu additiones de voluntate partium factas fuis-
se, credendum non esse, prout voluit: etiam Alex.
in consil. 39. viso processu, col. 2. vol. 2.

C A P. XXXVII.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

- 1 Rasura seu cancellatio executionem non impediunt,
quando ex præcedentibus & sequentibus constat eo
modo, prout apparent esse debere.

Quarto loco limitat Bart. in d. l. fin. C. de edicto diui
Adrian. tollen. quando ex præcedentibus & se-
quentibus colligitur, † rasuras seu cancellationes eo
modo quo apparent esse debere: Ad illud tamen
quatenus

quantentis pertinet ad hanc limitationem, animadvertendum est, quod dixit Curt. in d.l. fin. num. 14. dum inquit hanc limitationem apud se valde dubiam esse, per text. ibi, Prima figura sine omni vituperatione apparet. Nam si ex præcedentibus & sequentibus arguere velimus, iudicis cognitio præcedere debet, & necessaria est: & ideo ut verificentur illa verba prima figura, id est, prima facie. Potest tamen (ni fallor) limitatio Bart. procedere, ubi ita præcedentibus & sequentibus litaderetur: ut quemlibet sine alia cognitione ad ita credendum inducerent, & ita intelligendo satis conueniunt verba illius text. ut scilicet prima figura, id est facie, sine omni vituperatione appareat.

CAP. XXXVIII.

Argumentum est in Summariis.

SUMMARIUM.

1. *Rasura seu cancellatio non impedit executionem, quando instrumentum reperitur apud aduersariū.*
2. *Instrumentum cancellatum si reperitur apud creditorem, presumitur eius voluntate cancellatum.*

Quinto loco ultra Bart. limitationes limitatur præcedens conclusio, ubicunque ¶ instrumentum apud aduersarium reperitur: qui illud edere cogitur. Hoc namque casu rasura seu cancellatio instrumentum suspectum non reddunt, propterea quod & rasum & cancellatum eius voluntate præsumitur, ut inquit Bald. in l. i. versic. quero hic loquitur. C. de fide instrum. quem sequitur Alexand. in d. l. si vnus. C. de testam. & tradunt recentiores in d. l. fin. C. de edicto diui Adrian. tollen. Et ideo dixit Bald. in l. La-beo. ff. de pact. ¶ instrumentum si apud creditorem cancellatum reperitur, eius voluntate cancellatum censeretur, de quo vide Bart. in d. l. La-beo. ff. de pact. ad quem se refert Curt. in d. l. fin. num. 16. C. de edicto diui Adrian. tollen.

CAP. XXXIX.

ARGUMENTVM.

Instrumentum inualidum an dicatur instrumentum in statuto tribuente ei executionem paratam.

SUMMARIUM.

1. *Statutum vel lex loquens de instrumentis, quod de validis intelligatur, iterum probatur.*
2. *Statuto disponente ut instrumenta garantigiata habeant executionem paratam, non extenditur ad instrumentum validum.*
3. *Confessione ex inualida quis non potest pati damnum, nec comprehenditur sub statuto faciente mentionem confessionis.*
4. *Statutum puniens excipientem, non procedit in inepte excipiente.*
5. *Exceptio inepta non venit appellatione exceptionis.*
6. *Cancellaciones inualide facta a magistratibus vel tabellionibus, non derogant scripture.*
7. *Citatus omnis si a iure sit monitus ut non recedat sine licentia, est verum, si citatio tenuit & valida fuit.*

8. *Statutum quod tollit exceptionem contra gesta a superiore, intelligitur si gesta sint valida.*
9. *Iudex ob sententiam nullam non facit litem suam, licet teneatur ad litis expensas, & num. 31.*
10. *Statutum puniens cedentem actionem nobili intelligitur de cessione rite facta.*
11. *Statutum de gabella de contractu soluenda, intelligitur de valido.*
12. *Clausula cassans & irritans omne aliud testamentum, habet tacitam conditionem, videlicet si illud in quo est illa clausula, est validum.*
13. *Quarta de electione sepultura soluenda intelligitur de rite facta.*
14. *Citatione perpetuari iurisdictionem, iura que disponunt de valida citatione intelliguntur.*
15. *Libellus inualidus prescriptionem non interrumpit.*
16. *Contestatio litis inualida non interrumpit prescriptionem.*
17. *Citatio inualida nihil operatur.*
18. *Citatio inualida si sequatur spontanea comparitio, validatur.*
19. *Inuadens rem alterius ex titulo aperte inualido, dicitur rapere.*
20. *Acceptatio inualida non facit gratiam expectatiuam esse consumptam.*
21. *Electio nullius facta non impedit quin alia fiat.*
22. *Executor si nulliter prouideat, non expirat aduocatio, quam ad se Papa secerat.*
23. *Nominans efficaciter potest iterum nominare.*
24. *Compromittens nulliter, potest iterum compromittere.*
25. *Quartam de legato inualido episcopus non petit.*
26. *Vsuras ad omnes obligatus, ad immoderatas obligatus non est.*
27. *Legata soluere grauatus, inualida soluere non tenetur.*
28. *Statutum mandans pronunciari super non obseruantia laudi, intelligitur de laudo valido.*
29. *Rescriptum Papa mandans sententiam alicuius Cardinalis exequi, intelligitur nisi ab ea sit appellatum, vel nisi sit inualida.*
30. *Statutum puniens proponentem aliquam exceptionem, intelligitur de congrua.*
31. *Sententiam ob nullam iudex non facit litem suam, nisi eam exequatur.*
32. *Pena imposita a iure emphyteute irrequisito domino alienanti, intelligitur de alienatione valida.*
33. *Statutum fauens vicino in venditione facta a vicino, intelligitur de valida.*
34. *Statutum si disponat sufficere probationem fama ad maleficcium probandum contra magnates, non intelligitur de nuda, sed de ea que indicis comprobata est.*
35. *Statutum puniens condemnatum, intelligitur de condemnatione valida, etiam si alio statuto esset prohibita omnis interpretatio ad statuta, quia intelligitur de extensiva, non de declaratiua.*
36. *Iuramentum de seruandis statutis, intelligitur de validis.*
37. *Statutum dicens, qualiscunque fuerit sententia arbitri vel instrumentum publicum mandetur executioni, intelligitur posita validitate.*
38. *Statutum puniens contrahentem non soluta gabella, intelligitur de contractu valido.*
39. *Ex nihilo nihil fit.*
40. *Pena promissa in contractu, intelligitur si contra-*

actus teneat, & idem est de pœna apposta in compromisso.

- 41 Pœna apposta partibus super iurisdictione ab eis alteri data, intelligitur apposta si concessio iurisdictionis tenet.
- 42 Testimonium testis non debilitatur ex primo eius testimonio contrario nulliter recepto.
- 43 Renuntiationes apposte in compromisso, intelliguntur si actus principalis habet effectum.
- 44 Mensis datus expectanti post acceptationem, non currit acceptanti inualide.
- 45 Statutum si guarantigiam præcipit executioni mandari, etiam quod stipulatio sit inutilis demandatur, & quomodo hoc procedat.
- 46 Sententia iniusta lata super inutili contractu in fauorem carentis actione, executioni mandatur.

Quoniam supra regulam constituimus, & statuta & leges municipales: cum de statutis loquuntur, de validis intelligenda esse, eamque paucis prosequuti sumus: ut eam regulam aliis pluribus prosequeremur pro maiori declaratione satis opportunum duximus. Ea enim ratione mouentur Doctores quod huiusmodi instrumenta eo nomine appellari non debeant, & voluit ultra prædictos Augustinus Berous in *consil. 177. num. 2. vol. 1. per ea quæ voluit rursus Bart. in l. hac edictali. versic. hanc observationem, C. de secund. nupt. & Angel. in l. tabularum. §. testamentum, num. 2. ff. quemad. testam. aperiari.* qui pariter dicit statuta vel leges municipales, quæ de executione loquuntur, nec non & testamenta in falsis & nullis aliisque similibus locum non habere, & idem de instrumento non cancellato voluit Alexand. in *d. l. fin. num. 4. C. de edicto diui Adrian. Et Hippol. Marf. in consil. 43. num. 5. vol. 1. per ea quæ dixit Bald. in l. etiam. C. de execut. rei iud. inquit, statuta te statuto disponente, ut & instrumenta guarantigiata paratam executionem habeant, ad instrumenta ita inualida extensionem faciendam non esse. Et rursus Bald. in *l. vnica, col. 8. C. de confess. dixit ex confessione & inualida confidentem damnum pati non posse: eamque etiam sub statuto de confessione mentionem faciente non comprehendit: Et iterum Bald. in l. 1. §. hac autem, in fin. ff. quod quisque iur. voluit, ut**

- 4 statutum & puniens excipientem, ad eum non porrigatur, qui inepte excipit. Et ratio est, quia inepta
- 5 exceptio & appellatione exceptionis non venit, ut videtur text. in l. 1. C. ne liceat potent. quem ad hoc refert Bald. in l. edita, in fin. C. de eden. Et iterum idem Bald. in l. si præses, in fin. C. quomodo & quando iud. inquit
- 6 & cancellationes inualidas à magistratibus vel tabellionibus factas scripturæ non derogare, & id tanquam valde notabile & scitu dignum memorie demandandum arbitratur. Præterea idem Bald. in l. seriniarios. C. de testam. milit. & in l. nam ita Diuus. ff. de adoption. declarando illud quod dicitur: & quemlibet citatum, ne sine licentia recedat, à iure monitum esse, intelligendum esse, ut habetur in cap. si postquam, de election. in 6. id tunc verum esse, cum citatio valida est, existimauit: at si sit inualida, posse impune quandocunque recedere: Quod dictum Bald. sequitur Barbat. in cap. consuluit, extra de offic. deleg. Plura his similia refert & ponit Hippol. Marf. in l. fin. col. 3. & 4. ff. de question. Et Anionius Butrius in cap. 2. extra de offic. deleg. inquit statutum & tollens contra gesta à superiore quamcunque exceptionem quatenus

gesta illa valida sint, intelligendum esse, alioquin non procedere. Et Ang. etiam in l. 1. §. hac autem verba. ff. quod quisque iur. dixit iudicem, & qui sententiam nullam profert, litem suam non facere, & si ad litis expensas teneatur, ut voluit etiam Marsilius in *consil. 43. num. 5. & in consil. 49. num. 4. vol. 1. & in consil. 131. nu. 27. vol. 2. Præterea ut inquit Felin. in cap. ex tenore, num. 7. extra de rescrip. statutum & puniens cedentem actionem nobili, de cessione rite & perfecte facta intelligendum esse. Et iterum Bald. in l. non dubium, col. 2. ff. de legib. voluit & statutum disponens gabellam de contractu soluendam esse, de valido intelligendum esse. Et Paul. Castrenf. in l. sancimus. C. de testament. dicit & clausulam, cassans & irritans quodcumque aliud testamentum: tacitam illam conditionem illam continere, quatenus scilicet illud in quo illa clausula continetur, testamentum validum sit, & de iure subsistat. & id per illum text. quem dicit valde notandum. Pariter etiam Card. in *clement. dudum, in quæst. fin. de sepul. inquit quartam & de sepulchri electione tunc soluendam esse, cum rite facta est. Item glos. fin. in c. cum plures, de offic. deleg. in 6. & Abb. in c. cum venerabili, col. 2. extra de offic. deleg. voluerunt, iura & disponentia iurisdictionem citatione perpetuari, de citatione valida intelligenda esse: & concordant multi, quos refert Felin. in cap. gratum, extra de offic. deleg. Vnde dixit iterum Bart. in l. qui accusatus. ff. de adult. & libellum inualidum præscriptionem non interrompere, & glos. 2. in fin. in cap. ut debitus, extra de appellat. litis contestationem & inualidam pariter præscriptionem non interrompere: citationemque & inualidam nihil operari, dicit glos. fin. in l. si accusatoribus. C. de accusat. & sequitur Bald. in c. quoniam, col. 6. extra de probation. & in cap. in nomine, in quarto notab. extra de testibus. & facit text. in cap. penult. in vers. legitime citatus, extra de foro compet. & in cap. bene, il secondo, cum glos. fin. extra de electio. & tradit Imola in cap. constitutus, colum. 12. extra de rescrip. & Angel. in l. si quis postea. ff. de iudic. & Archidiacon. in cap. non ita. 2. quæst. 6. & alii multi asserentes, citationem inualidam nullius effectus & esse, nisi spontanea comparitio subsequatur. Vnde Abb. in cap. 2. per illum text. extra de reb. eccles. non alien. inquit, qui rem alterius titulo profusus & manifeste inualido inuadit, rapere dicitur, & hoc dictum nonnullaque alia valde notanda adducit Alexand. in l. iuste, in ult. apostil. ff. de acquir. possess. Acceptatio & præterea inualida non efficit, ut gratia expectatiua consumpta dicatur, ut plene tradit Ludouic. Roman. in *consil. 329. præsens consultatio, cum suis concordantibus. Et electio & quoque nulliter facta, aliam fieri non impedit, ut voluit Bart. distinguendo in l. 2. §. 1. ff. de optio. legata. & late Alexand. in l. serui electi. in fin. princip. ff. de leg. 1. Pariter etiam si executor & nulliter prouideat, ad uocatio non expirat à Pontifice facta, ut inquit Innoc. in cap. inter dilectos, extra de fide instrument. cum concordantib. Et Roman. in *consil. circa primum, vult ut ineffaciter & nominans, iterum nominare possit. & idem voluit Rota de præben. 1. in antiquis. Et de nulliter compromittente & tradit Bald. in l. fin. col. 6. versic. quarto quaro. C. de contrahan. emptio. Et dicit Pet. de Perus. in 4. episcop. cap. 8. col. penult. de legato & inualido episcopum quartam non petere: & Angel. in §. oportet, in Authent. de iudic. obligatum & ad omnes vsuras, & immoderatas obligatum non esse, & Paul. Castrenf. in *consil. 243. viso codicillo. & grauatum*****

- ratum legata soluere, inualida soluere non teneri. Præterea inquit Roman. in *conf. 67. viso themate*,
 28 statutum ꝑ mandans, vt super laudi obseruantia pronuncietur, de laudo valido intelligendum esse.
 29 Et rursus Roma. in *conf. 434. rescriptu ꝑ Pontificis* mandans sententiam alicuius Cardinalis exequi, nisi ab ea fuerit appellatum intelligendum esse: vel inualida sit. Et iterum Bald. in *l. 1. §. hæc verba &*
 30 *per illum tex. ff. quod quisq; iur.* inquit statutum ꝑ aliquam exceptionem proponentes in congrua, non autem in incongrua locum habere. Vbi inquit et-
 31 iam Ang. ob sententiam ꝑ nullam ab eo latam iudicem litem suam non facere, vt voluit gl. in *l. fin. in gl. 1. ff. de vari. & extraord. cognitio. & ibi Bart. nisi eam executioni mandauerit, vt ait Bal. in l. obseruare §. proficisci q. 2. ff. de offic. procons.* Præterea Bald. in *l. 2. col.*
 32 *2. C. de iure emphyteu.* voluit, vt pœna ꝑ iure emphyteutæ alienanti rem emphyteuticam irrequisito domino imposta, de alienatione valida intelligatur: videlicet de ea, cui propinquorum cōsensu a statuto requisitus accesserit, de quo meminit *Ave. not. 112. statuto cauetur, quod mulier. & las. in l. fin. C. de iure emphyteu.* Et facit ad hoc concludenter illud, quod notat Bal. in *l. fin. in 4. q. C. de his, quæ pœna nomi. & ad hoc etiam facit illud, quod dicit Castr.*
 33 *in conf. 326. de statuto ꝑ fauente vicino in venditione a vicino facta, vicino nõ requisito, dum vult de venditione valida intelligendum esse. Vnde Bald. in c. tua, post principium, extra de cohibita. cleri.*
 34 *& mulie.* voluit, vt si statuto ꝑ caueatur famæ probationem ad probandum maleficium contra magnates sufficere, de nuda fama intelligendum non esse, sed de ea quæ iudiciis comprobatur. Et mouetur per ea, quæ voluit B. r. in *l. minore. §. tormenta. ff. de questio. & tradit Castr. in conf. 196. super hoc puncto, colum. 5. inquit, statutum ꝑ puniens condemnatum, de condemnatione valida intelligendum esse, per tex. in d. §. non queuis. etiam si alio statuto omnis statutoru interpretatio prohibita sit, propterea quod extensiuam, non declaratiuam interpretationem statutum prohibere intelligitur, vt ipse arbitrat, remissiuè dixit Fely. in *c. 2. in vers. verbum præcisè, extra de rescript. & dicit Alber. de Rosate in l. de quibus, col. 1. ibi.* Et ita fuit terminatum. ff. de legib. quod statutum ꝑ de seruandis, de validis intelligendum est. Quæ quidem verba sunt Oldra. in *consilio. 259. impugnatur, col. 4. ibi confirmatur.* Et Pau. Castr. post Bart. in *l. 2. §. prætor. ff. qui satisfd.*
 37 *cogan.* inquit si statutum ꝑ dicat, Qualiscunque fuerit sententia arbitri, vel instrumentum publicum, executioni mandetur, data & posita validitate intelligendum esse per illum tex. iuncta gl. Et iterum Bald. in *l. §. fin. C. commu. de lega.* quod statutum ꝑ puniens contrahentem non soluta gabella, de contractu valido intelligendum est, vt latè tradit Ludou. Rom. in *d. conf. 434. cum dilucidè.* Et iterum Bal. in *l. ea quidem. C. si man. ita alien fuer. ne manu. per illum tex.* inquit frustratorium actum pœnam effiaciter nõ inducere, quoniam ꝑ ex nihilo nihil fit: Et dicit gl. in *c. significantibus, extra de offic. deleg.*
 38 *40* pœnam ꝑ in contractu promissam ita demum intelligendam esse, si contractus subsistat. & idem dixit ibidem abb. in *fine. de pœna apposta in compromisso.*
 41 Et dicunt ibidem Bald. & Card. pœnam a partibus appositam super iurisdictione, ab eis alteri cōcessa intelligitur in eo casu apposta, si teneat datio iurisdictionis.*

Et est etiam alia gl. similis in *l. sed si patronus. §. si. in gl. in vers. hac scilicet ratione. ff. si quid in fraud. patro.* Et rursus voluit gl. si. in *c. cum causam extra. de testibus* testimonium ꝑ testium non infringi, 42 vel minoris fidei reddi, ex eo quod antea contrarium, sed minus legitime deposuerint, vt inquit Bald. in *leg. si diuersa, quasi in medio. C. de transactio.* renunciationes ꝑ in compromisso appostas, si 43 actus principalis effectum consequatur, intelligendas esse, vt tradit Alex. in *conf. 12. col. 1. & Card. in c. cum olim paulo post princ. extra de prescriptio. & Fulgos. in d. l. si diuersa.* Et per Ancha. in *conf. 405. vlt. rationes & iura.* inquit, quod mensis 44 expectanti post acceptionem datus: ei, qui minus valide acceptauit, non currit, vt latè tradit Fely. in *d. c. extenore, num. 7. cum sequen. extra de rescript. & Barbatia in conf. 35. viso puncto, & statutis mercantia, col. 3. vers. facit quod voluit idem Ang. vol. 4.* Præterea redeundo ad propositam materiam, quod statutum concedens executionem vigore statuti, de valido intelligatur, tradit iterum Barba. in *d. conf. 35. col. 2. vers. modo in proposito, de literis cambij loquens. & Rolan. à Valle in conf. 26. num. 9. vol. 3.* Illud tamen, quatenus pertinet ad rem propositam, adnotandum est, quod tradit Ang. in *l. 1. §. si quis ita, num. 3. ff. de verb. oblig.* si statutum ꝑ guarantigiam 45 executioni mandati præcipiat eam omnino demandandam esse, etiam si stipulatio inutilis sit, prout & sententia ꝑ iniusta super inutili contractu 46 in fauorem eius, qui omni profus caret actione. *l. cum putarem. ff. famil. ercis & facit tex. in l. posthumus. §. si quis ex his. ff. de inoff. testam.* Verum hoc ita intelligendum est distinguendo, an statutum exequi contractum vel instrumentum per guarantigiam mandet: Nam tunc cum contractus sit inutilis, executionem non habet. *l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudic. & l. Diuus. ff. de testam.* si verò guarantigiam, & tunc procedat præcedens conclusio.

CAP. XL.

ARGUMENTVM.

Instrumentum vi statuti executionum, prius tale esse probandum est.

SUMMARI A.

- 1 Instrumentum esse publicum & liquidum vel tale quale requiritur a statuto antequam concedatur executio constare debet.
- 2 Sententia si habeat aliquod a statuto vel lege municipale priuilegium prius quod sit sententia constare debet.
- 3 Statuto si caueatur, vt de damno stetur iuramento illius, cui bona vel res furto fuerint substractæ prius furtum probare oportet.

Postquam supra cōclusum est, ad hoc vt instrumenta habeant executionem paratam, liquida & publica esse oportere: merito antequam ad alia transeamus, præmittendum etiam est, in primis de qualitate a statuto vel lege municipali requisita constare debere, eamque probandam esse, & ex consequenti ꝑ instrumentum liquidum & publicum esse, vel tale quale a statuto vel lege requiritur, a quibus priuilegium aliquod accepit, vt inquit Ang. in *l. Diuus. nu. 2. ff. de testamen. milit.* Nam exem-
pli gra-

pli gratia, habemus quod si aliquod priuilegium
 2 † sententiæ à statuto vel municipali lege concedi-
 tur, antequam sententia eo priuilegio utatur, vel in
 concessum esse intelligatur, sententiam esse con-
 3 stare oportet. Vbi etiam adnotat, quod si † statuto
 vel municipali lege caueatur, vt de damno eiusve
 quantitate eius iuramento stetur, cui bona vel res
 furto subtracta sint, in primis antequam ad iuramē-
 tum deueniatur, res vel bona furto subtracta fuisse
 probandum esse, vt tradunt Doct. in l. si quando.
 C. vnde vi. Præterea hanc conclusionem sequitur Barbat.
 in consil. 35. col. 2. vers. modo in proposito, volum. 4. & in
 consil. 15. num. 12. vol. 1. & Bart. in l. 1. §. parui. ff. quod
 vi aut clam. & est text. in l. 2. §. 1. ff. qui satisf. cogant. &
 voluit Bart. ibidem. Et pro singulari allegat illum text.
 Card. in clement. 1. de sequestrat. poss. & fruct. & lute tra-
 dit Roland. à Valle in consil. 20. num. 9. & 11. vol. 1. Et
 supra etiam attigimus in capite.... dum diceremus
 concessa à statuto vel lege municipali executione
 contra principalem & eius hæredem antequam
 contra hæredem agatur: quod sit hæres, constare
 oportere.

C A P. / XLI.

A R G V M E N T V M.

Instrumentum vi statuti executi-
 uum non comprehendit condicio-
 natum ante diem.

S V M M A R I A.

- 1 Instrumentum diem continens, & si ante diem exe-
 qui non possit, elapso tamen die vel tempore exequi
 potest.
- 2 Tempore elapso intentio creditoris agentis fundata
 videtur.
- 3 Statutum disponens instrumenta garantigie pura
 & liquida exequenda esse, habet etiam locum in
 instrumentis tempus vel conditionem continenti-
 bus elapso tempore vel purificata conditione, &
 quando.
- 4 Statutum si disponat, vt instrumenta, in quibus præ-
 cipitur, vt elapso quodam tempore soluantur: si no-
 tarius præcipiat solui non appposito die vel tempore,
 an sit post decem dies exequendum: qui ex consue-
 tudine apponi solent.
- 5 Præceptum notarii vbi apponitur, dies non est vnum,
 sed duo.
- 6 Tabelliones habent hanc iurisdictionem præcipiendi
 per garantigiam ex consuetudine, & non est pro-
 prie iurisdictionis, sed quadam potestas.
- 7 Præceptum tabellionum per garantigiam parit ac-
 tionem in factum & officium iudicis.
- 8 Obligatio conditionalis dicitur pura adueniente con-
 ditione sicut si nunquam conditione continisset.
- 9 Statutum disponens instrumentum garantigiatum
 executioni demandandum esse absque vlla exce-
 ptione, si sit instrumentum continens debitum con-
 ditionale existente conditione exequendum esse:
 sicut si à principio purum extitisset.
- 10 Conditionis euentus coram iudice probandus & li-
 quidandus est.

Conuenit prædictis quod licet quando in in-
 strumento dies vel conditio appositæ est, ante
 diem vel conditionis euentum vi statutorum vel

legum municipalium executionem non habeant,
 exequi non debeant, vt notauit Imola in consil.
 136. in causa, quæ vertitur, col. fin. elapso † tamen tem-
 pore & die vel purificata conditione exequendum
 est: Quandoquidem tunc liquidum videtur, vt no-
 tat Ang. in l. fin. §. Titius, in fin. ff. de vulg. & pupil. Nam,
 vt inquit Decius in consil. 439. num. 2. elapso tem-
 pore in instrumento appposito, creditoris agentis
 intentio dicitur fundata, & ideo executioni man-
 danda est, vt notat Bart. in l. in illa. ff. de verbor. oblig. &
 Cardin. in consil. 139. magister Bart. col. penult. & Imola
 in consil. 147. in causa inter Franciscum, col. 2. & Alex.
 in consil. 5. puto de iure, vol. 4. & in consil. 97. visis non-
 nullis, eodem vol. 4. & in consil. 158. in causa & lite, vo-
 lum. 2. Et ideo dixit Angel. in l. seruum. §. Titius hæres.
 num. 2. ff. de vulg. & pupil. † statutum disponens in-
 2 strumenta garantigie pura & liquida, exequenda
 esse etiam in instrumentis conditionalibus post
 purificatam conditionem locum habere. Et subdit
 id à Florentinis notandum esse inferens fortasse ad
 statutum nostrum. sub. Rub. 42. De præcepto guaranti-
 gie. Vnde Bald. in cap. quo ad consuetudinem, num. 14.
 extra de sentent. & re iudic. inferendo ad statuta † E-
 3 truriæ, quæ disponunt instrumenta, in quibus præ-
 cipitur certo quodam & determinato tempore
 solui, post terminum executioni mandentur: quæ-
 rit, si Notarius † præcipiat solui, diem autem vel 4
 terminum non apponat, an post decem dies exe-
 qui debeat, cum huiusmodi decem dierum tempus
 ex consuetudine apponi soleat? Et decidendo sub-
 dit post illos decem dies exequendum esse, & mo-
 uetur text. in l. si debitori. ff. de iud. & argumento l. pro-
 missor ff. de constit. pecun. & tradit de hoc Brunus in tra-
 ctat. statuto. exclu. femini. in 6. artic. num. 182. ac etiam
 ex eo quod instrumentum fauore creditoris pu-
 rum dicatur, & ideo in eius odium retorqueri nõ
 debeat. l. comparationes. C. de instrum. Subdit tamen
 Bald. hoc præceptum, † vbi dies apponitur in duo
 5 præcepta diuidendum esse: vnum scilicet soluendi,
 alterum tali die. l. Celsus. ff. de arbitr. diuersamque
 habere rationem. Præceptum enim soluendi, iu-
 stitiam respicit: Dies vero commoditatem & com-
 modum debitoris. l. si cum mulier. §. cum intra. ff. de
 compensat. Et ideo inquit, modico expectato tem-
 pore executionem faciendam esse, vt notatur in l.
 AEilius. ff. de minor. Plane tabelliones † consuetu-
 6 dine plerisque in locis licet Florentiæ id à statuto
 eis concedatur à consuetudine habet, vt patet ar-
 gumento ab effectu, vt ait Bart. Bald. autem dicit
 hanc proprie iurisdictionem non appellari, sed
 quandam potius potestatem, argumento l. cum an-
 tea. §. i. C. de arbitr. Illam autem siue † potestas, siue 7
 iurisdicatio sit, actionem in factum & iudicis offi-
 cium parere. Verum redeundo ad propositam quæ-
 8 stionem, quod obligatio † conditionalis adue-
 niente conditione pura efficiatur & perinde sit,
 ac si nunquam conditionem recepisset, tradit Ale-
 xand. in d. l. seruum. §. Titius, num. 4. & 5. ff. de vulg. &
 pupil. Et ideo infert ad statutum † disponens, in-
 9 strumentum garantigiatum remota qualibet ex-
 ceptione, exequendum esse, & dicit si sit instru-
 mentum aliquod debitum conditionale continēs
 purificata conditione executioni vi ipsius statuti
 mandari posse, non secus ac si à principio debi-
 tum purum fuisset. Verum Imola ibidem inquit
 Angel. fortasse male loqui, cum in statutis stricta
 interpreta-

interpretatio facienda sit. At cum ex propria & stricta significatione, aliud & valde diuersum sit, imo inter se repugnent: quod dispositio sit semper pura, aliud quod fuerit purificata. Ergo statutum loquens in casu vero, ad fictum non trahatur, prout supra etiam diximus. l. 3. §. hac verba. & ibi tradit Bart. ff. de neg. gest. Sed sic est, quod obligatio conditionalis purificata conditione, pura fingitur. l. posterior. & l. qui biennium. ff. qui potio. in pign. habeant. Merito cum sit quædam fictio, à statuto comprehendere non videtur. Subdit præterea Alexand. in loco supra relato, Bald. in l. in testamento. in fin. C. de testam. milit. idem tenere, quod Angel. ibidem. Addit tamen

10 ¶ euentum conditionis coram iudice probare & liquidare oportere, per text. quem putat singularem in l. hoc iure. ff. de verb. oblig. Verum pro concordia opinionum subdit Alexand. verba statuti considerata & ponderanda esse existimare. Aut enim, inquit ipse, statutum pro debito puro executionem concedit, aut pro instrumento puro: quo ad primum casum optime Ang. & Bald. loqui arbitrat: quo vero ad secundum casum, reiecta opinione Ang. & Bald. Imolæ conclusioni inhærendum esse. Et ratio est, quia vt supra etiam ad aliud propositum diximus, instrumentum est illud, quod legi potest. l. 1. ff. de his, quæ in testam. delent. Sed sic est, q. in instrumento est conditio. Ergo Nec, dicit ipse, obstat quod sit purificata, quia conditionis purificatio de contractu non est, sed ex contractu, & id dicit colligi ex notatis à Bart. in l. fin. C. de falsa caus. adiecta lega. & in l. interdum. ff. quod vi, aut clam, alias est l. 1. §. hoc interdictum. eodem tit. Verum, quicquid dixerint Alexand. & Imola, opinio Angeli & Baldi magis communis videtur, ob id quod quam primum adimpletur conditio, statim obligatio inducatur & suboritur. l. legata sub conditione. ff. de conditio. & demonstrat. & l. si post diem. ff. quando dies lega. ccd. & l. cedere diem ff. de verb. sign. & l. si ea. & l. legatum. C. de condit. instit. & tradit Socin. iun. in consil. 172. num. 18. vol. 2. dam vult purificata seu impleta conditione illos admittendos esse, qui sub ea vocati sunt, ea potissimum ratione quod conditionalis dispositio conditione impleta ita effectum fortitur, ac si pure facta esset. l. fin. §. 1. ff. de vulg. & pupill. & l. si pupillus, in fin. ff. de condition. institut. & tradit Bald. in d. l. cum in testamento. in fin. C. de manu. testa. & Decius in consil. 551. num. 6. versic. circa secundum dubium, part. 4. Et ideo dici solet puri & purificati idem iudicium esse. d. l. si pupillus. ff. de condition. institut. & l. sed si de sua. prope fin. ff. de acquirend. heredit. & tradit Ias. in l. pecuniam, col. 2. ff. si cert. petat. & in l. quoties in diem, col. 3. ff. de verbor. obligat. & Paris. in consil. 11. num. 64. vol. 1. & Socin. iun. in consil. 113. num. 2. & in consil. 125. num. 1. vol. 2. Præterea quod conditio purificata pro pura habeatur, & idem operetur liquidatio inde sequuta, quod purum ab initio tradit Roman. in consil. 388. in fin. & procedit etiam, vt inquit Ceph. in consil. 272. num. 63. vol. 2. in materia strictè interpretanda, prout voluit etiam Socin. iun. in consil. 35. num. 11. & in consil. 67. num. 58. vol. 1. Et satis est constare conditionem adimpletam & purificatam esse, vt inquit Ruin. in consil. 152. vol. 5. post princ. versic. item non obstat, vol. 4. Comprobari etiam potest ex eo quod supra vidimus, inspecto communi vsu loquendi, quod contractus sæpe pro instrumentis accipiuntur: & ideo inspecto tali vsu communi lo-

quendi, optime etiam in secundo casu procedere potest conclusio Angeli.

C A P. XLII.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

- 1 Statutum loquens de instrumento, in quo dies certa appositæ est, post lapsum illius diei executionem paratam non habet, si fiat pactum, vt debitor ante diem certificetur.

Limitatur ¶ autem præcedens conclusio, si fiat pactum in instrumento, vt debitor ante diem certificari debeat: Eo namque casu statutum loquens de instrumento, in quo dies appositæ est, non procedit: & ideo elapso tempore vel die in instrumento appposito, executionem paratam non habet, vt inquit Marian. Socin. in lita stipulatus, num. 66. ff. de verborum obligat. & voluit Angel. cum quo transit Castrenf. ibidem, existimantes huiusmodi pacto statuti beneficio renuntiatum videatur: & intelligit Socinus in loco relato, vbicunque talis certificatio debito tempore facta non fuit, sed errore omiſsa.

C A P. XLIII.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

- 1 Præcepto guarantigæ appellari non potest: nec transit in rem iudicatam, num. 2.

PRO declaratione huius præcepti guarantigæ omittendum non est, ¶ à præcepto huiusmodi appellationem non dari, ex quo de consensu partium emanauit: Nec etiam transit ¶ in rem iudicatam, cum possit contractus in dubium reuocari atque rescindi. Destructo autem contractu, præceptum quod ex contractus viribus oritur, tanquam ipsius accessorium: cum ex se ipso non subsistat, sed contractui cum sua causa suisque iuribus inhæreat, destrui, & euanescere necesse est.

C A P. XLIV.

A R G V M E N T V M.

Instrumentum vi statuti executionum an contra tertium procedat.

S V M M A R I A.

- 1 Instrumentum executionem paratam habens visitati, an ad tertium extendatur.
- 2 Sententia non debet exequi contra tertium.
- 3 Statutum concedens instrumentis guarantigati executionem paratam, ita vt tertio non noceat, prater etiam prodesse non debet.

SEcundo loco prosequendo id, quod proposuimus: quærendum est, ¶ an instrumenta quæ à statutis legibusve municipalibus executionem paratam habent contra tertium exequi possint, & ex consequenti ei nocere? Qua in re Baldus concludendo in l. 1. C. commun. de legat. inquit contra

D

tertium

tertium executionem non habere, & ideo ei non nocere: cuius opinionem sequutus est etiam Alexand. in l. 1. §. si hæres. ff. ad Trebell. & Decius in consil. 198. nu. 5. vbi inquit, tertio non nocere, contra quæ hypothecaria agitur, prout voluit etiam Aret. in consil. 286. diligenter, colum. fin. in fin. Prout etiam ꝑ executio sententiæ contra tertium possessorem non datur, vt notatur in l. à Diuo Pio. §. si super rebus. vbi tradit gloss. & sequitur Bart. ff. de re iudic. & facit text. in l. fin. C. si per vim vel alio modo. & notat iterum Bald. in l. ob maritorum. in princ. C. ne vxor pro mari. Præterea quod instrumentum guarantigiatu à statuto vel lege municipali executionem paratam habens, tertio non noceat, tradit etiam Ruin. in consil. 209. nu. 21. vol. 1. per ea, quæ voluit Imola in l. fin. col. 10. vers. aduerte tamen. ff. a quibus appell. non licet. Ratio autem, qua potissimum Doctores moueri videntur, inde colligitur, quod statuentes tertio præiudicare voluisse verisimile non est, cap. super eo, extra de offic. delegat. per ea, quæ habentur in Rubric. & legibus subsequentibus. C. res inter alios acta, & in l. si vnus. §. ante omnia. ff. de pact. sed ipsis tantummodo contrahentibus. Idem etiam firmat Menoch. in tractat. de adipisc. & retinend. possess. in 4. remedio. num. 848. & ita inquit declarari statutum Papiens. 6. sub Rubr. de executio. instrum. & Alexand. in consil. 83. num. 11. vol. 3. dum vult huiusmodi priuilegium concessum à statutis vel legibus municipalibus instrumentis, contra contrahentes tantum & eius hæredes locum habere. Quemadmodum igitur contra tertios huiusmodi statuta legesve municipales, vt eis noceant locum non habent: pariter etiam, vt eis non prosint, dicendum est, vt inquit Barbat. in consil. 86. col. 2. vers. & facit simile, vol. 3. dum inquit Bald. in l. si pro te. C. de dot. promiss. voluisse: statutum disponens, vt ad petitionem creditoris iudex instrumentum guarantigiæ exequatur, in tertio executionem petente locum non habere.

C A P. XLV.

A R G V M E N T V M.

Instrumentum vi statuti executionem quatenus tertium afficiat.

S V M M A R I A.

1. Instrumentum habens à statutis vel legibus municipalibus executionem paratam, prodest hæredi creditoris.
2. Statuto seu lege aliqua municipali si caueatur, vt instrumenta habeant executionem paratam, prodest hæredibus vxoris.

Quoniam præcedens conclusio, qua decisum fuit, vt instrumenta à statutis vel legibus municipalibus executionem paratam habentes tertis non noceant, vnde quæque vera non est, sed in aliquibus casibus non procedit, merito suas limitationes prosequamur. Primo igitur loco limitatur in hærede ꝑ debitoris. Nam, vt inquit Alexand. in l. in ratione. §. si filio. num. 6. ff. ad legem Falcid. auctoritate Angeli in l. 1. in princ. ff. de his, quæ in testam. delent. si statuto ꝑ caueatur instrumenta executionem paratam habere, & reperitur maritum in instrumento dotem vxori suæ restituere promississe, de vxoris autem hæredibus mentionem non fecerit: habebit tamen illud instrumentum etiam quo

adeius hæredes executionem paratam. Et ratio est, quia illud quod (vt aiunt) virtualiter in instrumentis continetur, de instrumentis esse dicitur, argum. l. asse toto. ff. de hæred. instit. Et licet Rapha. Fulg. in d. §. si filio, dicat illum text. ad rem nostram non facere. Alex. tamē dicit esse tex. de hoc in l. 1. vers. hæredi scripto. cum gl. iuncto vers. patre tuo. Vbi ad hoc ponderat illum text. Bald. C. quor. legat. Faciunt præterea ad hoc ea, quæ notat Bar. in d. l. 1. in princ. ff. de his, quæ in testam. delent. & ibi clarius Ang. & Imol. qui id in terminis decidunt ea ratione, quod obligatio hæredis in instrumento contineatur, vt habetur in l. 1. C. si certum petat. Comprobatur etiam ex iis, quæ notat Bart. in Liurisgentium §. quod sere ff. de pact. & in l. ad probationem. 1. ff. de probat. & in l. vbi adhuc. col. 7. C. de iure doti. & in l. generali, in fin. C. de sacros. eccl. & tradunt Anto. à Butrio & Imola in l. 1. col. 5. ff. sol. matr. & Rom. in l. certi conditio, in prin. ff. si cer. pet. & Castren. in d. §. si filio, & in l. postulante, in princ. ad Senat. sc. Trebell. Hanc eandem conclusionem sequitur Alexand. in d. l. postulante, nu. 2. vbi Bart. illum text. ad huiusmodi statutorum questionem adducit, si enim caueatur, vt ipse inquit, debitorem pro debito capi & in carcerem duci possit: pariter etiam & hæres debitoris, & si statutum de hærede debitoris non loquatur, capi & in carcerem duci poterit, id quod ibidem iterum voluit Ang. ob id quod licet huiusmodi statutum hæredem non exprimat, loquitur tamen de debitore, qui etiam in hærede verificatur & essentialiter est. l. debitor. ff. de verb. sign. cum debitor sit ille, à quo inuito debitum extorqueri potest, sed huiusmodi est hæres. Ergo. Præterea hanc conclusionem sequitur Ias. in §. fuerat, num. 61. Insit. de action. Nec quicquam refert, quod huiusmodi statutum sit stricti iuris & odiosum, vt voluerunt etiam Bald. & Angel. in l. 1. C. qui bon. cedere poss. & iterum Angel. Roma. & Castren. in l. alia. §. eleganter. ff. soluto matrim. & facit illud, quod dicit Imola post Cynum in l. quod si quis ff. de legat. 1. Immo, quod quidem valde plus est, inquit Ias. in l. si cui legetur. §. si Titio, num. 6. ff. de legat. 1. quod si statuto caueatur instrumentum contra debitorem in eo descriptum & nominatum exequendum esse, executio contra eius hæredē omnino fieri poterit: Quandoquidem censetur & ipse descriptus & nominatus in instrumentis per ea quæ voluit Alexand. in consil. 18. attentis narratis in themate, col. fin. vol. 5. & Abb. in consil. 86. nu. 4. vol. 2. & Cassan. super constit. Burgun. Rub. 8. se aucuns se veulent. §. 13. col. 1109. num. 13. & Socin. senior in consil. 293. col. 2. num. 1. vol. 2. & rursus Ias. in l. 2. §. item si in facto, in 1. notab. in fin. col. 2. ff. de verborum obligat. & in l. diuortio. §. interdum. ff. soluto matrim. Et ideo in simili fuit olim, vt dicunt super capitulis Domus sapientiæ Pistoriensis, vt non solum debitores principales adlicitandum seu offerendum in subhastationibus bonorum dictæ domus non admitterentur. Sed nec etiam eorum hæredes, ob id quod exclusis debitoribus eorumq; fideiussoribus hæredes quoq; ipsorum per prædicta exclusi intelligantur & idem de hærede debitoris firmavit Barbat. in consil. 15. in fin. in vers. facit quod voluit Ang. vol. 1. Videtur fortasse dicendum id ideo esse, quia hæres censetur eadem persona cum defuncto, vt late tradidi in l. 1. ff. de religiof. & sumpt. funer. & sic proprie pro limitatione poni non possit, sed potius pro ampliatione ad regulam supra firmatam.

C A P. XLVI.

Argumentum est in Summario.

S Y M M A R I U M.

- 1 Statutum concedens executionem paratam contra debitores, trahatur ad eorum hæredes, id non procedit contra hæredes cum beneficio legis & inuentarii.

Præcedens limitatio sublimitatur in hærede cum beneficio legis & inuentarii, ut voluit Imola in d. l. postulante. ff. ad Senatusconsult. Trebell. loquens de statuto Bononiensi disponente, ut pro literis cambii debitor capi & in carcerem duci possit, & tradit etiam Barbat. in cap. causam que, num. 136. extra de rescript. per ea, quæ voluit gloss. in l. fin. §. in computatione. C. de iure deliber. Et licet Imola ea dictione forte usus sit, subdit tamen eodem in loco Barbat. hanc conclusionem comprobari per ea, quæ ipsemet ponit in d. §. in computatione. dum pariter vult, ut si statuto caueatur, ut instrumenta publica non minus contra hæredem quam contra defunctum exequantur, ad hæredes cum beneficio legis & inuentarii non extendatur, & mouetur potissimum eius gloss. autoritate, asseritque ultra prædicta, aliquando in facto accidisse, stante statuto ut quis pro debito capi & in carcerem duci possit, ac etiam decisum fuisse, ut hæres qui inuentarium confecit, in carcerem duci non possit. Et iterum subdit Barbat. confirmari posse hanc conclusionem per ea, quæ voluit Bald. in l. cum à patre. C. de rei vendic. dum quærit, an inuentarium pro fit filio hæredi, stante statuto, ut hæres contra factum venire non possit. Et gloss. in d. §. in computatione, dicit huiusmodi statutum beneficium inuentarii non tollere, ut latius tradit ibidem Barbat. num. 121. & hanc conclusionem videtur sequi Alexan. in d. l. postulante, num. 4. vers. tertio add. ff. ad Senatusconsult. Trebell.

C A P. XLVII.

Argumentum est in Summariis.

S Y M M A R I A.

- 1 Statutum loquens de promissore, non extenditur ad hæredem promissoris.
2 Statutum loquens de promissore non extenditur ultra personam, de qua loquitur.

Secundo loco sublimitatur præcedens conclusio, si statutum executionem paratam concedit de promissore loquatur: ut puta, si dicat quod promissor capi & in carcerem duci possit: eo enim casu ad hæredem promissoris extendendum non esse, magis communis conclusio est, ea ratione quod tunc contra formam iuris ad capturam perueniatur, ex quo hæredem non promississe certum est; & ideo statutum de promissore loquens, ultra personam illam, de qua loquitur, uti odiosum & irrationabile, extendi non debet. in l. quod vero. ff. de legib. & l. si vero. §. de viro. ff. solut. matr. & l. si vnus. §. ante omnia. ff. de pact. & tradit etiam in his terminis Socin. sen. in d. consil. 193. num. 1. vers. in contrarium, vol. 2. Et ideo Socin. ibidem, num. 2. infert in materia stricta, ubi stricta quoque sit interpretatio, dispositio-

nem statuti loquentem de promissore, in hærede locum non habere, & idem esse arbitratur in pacto exorbitante à regulis iuris, ut ipse ibidem latius prosequitur.

C A P. XLVIII.

A R G V M E N T U M.

Creditoris verbum in statuto an ad cessionarium trahatur.

S Y M M A R I A.

- 1 Statutum loquens de creditore, an trahatur ad cessionarium.
2 Statutum si disponat, fratrem creditorum ut frater debitor capiatur, agere non posse: si ille frater alteri cedat iura, pariter cessionarius id facere non poterit.
3 Statutum si disponat, fratrem contra fratrem compromissum petere posse & cedat iura alteri, cessionarius compromissum petere non poterit.

Tertio prosequendo rem propositam, alia suboritur dubitatio: an statutum loquens de creditore, ad cessionarium trahatur, ita ut si ex forma statuti debitor ad instantiam creditoris capi possit, pariter etiam ad instantiam cessionarii capi possit, licet de eo in instrumento mentio non fiat, nec in eo legi possit? In hac dubitatione Ias. in §. fuerat, num. 62. Instit. de action. ad cessionarium extendi arbitratur, prout voluit etiam Bald. post Iacob. Butrig. in l. per diuersas, in 10. quest. C. manda. & in l. si sic. §. fin. ff. de leg. 1. & Alexand. in d. l. postulante, num. 9. & 10. ff. ad Senatusconsult. Trebell. & dicit text. esse notabilem in l. ab Anastasio in alium creditorem, ubi illum ponderat Bald. in 3. notab. C. mandat. & Iacob. Butrig. Bald. Salyc. & Roman. in l. ff. si cert. pet. & rursus Roma. in consil. 38. num. 1. & tradit Cynus, & sequitur Bartol. in l. si sic. §. fin. ff. de leg. 1. & Bald. iterum in sua disputatione incipiente statuto cauetur quod fenerator. col. pen. & in l. in fin. C. de action. & obligat. & in d. l. per diuersas, in 10. quest. & iterum etiam Salyc. in l. si à creditore. C. de action. & oblig. Et hanc esse magis communem opinionem attestatur Alexand. in d. l. postulante, num. 9. in fin. prout etiam inquit tenere Ioan. And. in additio. ad Speculum, in tit. de cession. action. super Rubr. Præterea rursus hanc eandem conclusionem sequitur Bal. in tractat. statu. in versie. debitor debitum, numero 2. ea ratione quod ius cedentis in cessionarium transeat. l. qui stipendia. C. de procurat. Eandem opinionem amplectitur Ias. in d. l. si sic legatum. §. si quis ita, num. 5. ff. de leg. 1. Vbi distinguendo dicit, num. 6. quod si statutum disponat, ut frater fratrem pro debito capi mandare non possit, & frater alteri cedat iura sua, cessionarium pariter mandare seu curare non posse, ut frater ille debitor capiatur, ut voluit Bald. & sequuntur alii in l. si post diuortium, per illum text. ff. soluto matrim. Si vero dicat statutum, fratrem contra fratrem compromissum petere posse & frater cedat iura alteri, cessionarius compromissum petere non poterit, propterea quod mutata persona agentis, mutatur etiam omne privilegium, quod actorem respicit: id quod (ut inquit Bald. ibidem) valde notandum est.

CAP. XLIX.

ARGUMENTVM.

Statutum in creditore, vt valeat in cessionario, requiritur cessionem probatam esse.

S V M M A R I A.

- 1 Statutum concedens executionem paratam creditori contra debitorem, vt in cessionario locum habeat, qua concurrere debeant.
- 2 Statutum si disponat creditorem posse facere, vt debitor sine citatione capiatur, non habet locum in cessionario.
- 3 Executio vt contra heredem fieri possit, prius eum esse heredem constare debet.
- 4 Cessionarius vt via executiua agere possit, prius quod sit cessionarius, constare debet, an sit cessionarius verus, vel heres debitoris.

Quoniam firmavimus, + statutum concedens creditori contra debitorem executionem paratam, habere etiam locum in cessionario: pro clariori intelligentia sciendum est, id tunc locum habere citato debitore & precedente discussione, an ius cessionis sit, nec ne, & ex consequenti, an fuerit cessionarius, vt voluit Bald. in d.l. diuersas, in 10. quest. C. mandat. quem sequitur Alexand. in d. consil. 96. colum. 2. vol. 4. & in consil. 115. in fin. volum. 7. & Boerius in decis. 10. & tradit Innocent. in cap. quia V. extra de iudic. Et ideo dixit Ias. in d.l. si sic legatum, §. si quis ita, num. 7 ff. de legat. 1. quod si statutum + disponat, vt creditor debitorem capi agere & curare possit sine citatione, id cessionario concessum intelligendum non esse, vt voluit etiam Hippolyt. Marsil. in l. si quis nec quest. num. 9. ff. de quest. & Roman. in consil. 142. quod cessionarius, circa finem, & Alexand. in consil. 95. colum. 4. & in consil. 443. colum. 2. volum. 1. & si contrarium dixerit in consil. 18. versic. circa tertium dubium, volum. 5. & Angel. Aret. in d. S. fuerat. Institut. de action. Ad hoc + igitur vt executio concedatur & fieri possit prius cum contra heredem sit, quem vt supra diximus heredem esse, constare oportet, vt supra de herede satis copiose diximus: vel cessionarium si contra eam agatur, vel ipse gat, vt tradit Barbat. in consil. 15. val. 1. & Alciat. in l. stipulante, §. ex his, num. 11. ff. de verb. obligat. & rursus Hippolyt. Marsil. in singul. 27. ita subdens Bononia in facto habuisse, & Salycet. in d.l. per diuersas. quest. 14. & Angel. in d. l. postulante, ff. ad Senatusconsult. Trebellian. & in l. si actio, C. si vnus ex plur. hered. cred. & Bart. in l. creditores, C. de pignor. Bald. in l. per diuersas, in 10. quest. C. deposit. & Alexand. in consil. 96. colum. 2. volum. 4. & in consil. 115. in fine, volum. 7. & Boerius in decis. 10. colum. 2. Conueniunt igitur predicti omnes, + nec cessionarium via executiua contra debitorem, nec creditorem contra heredem debitoris agere posse, nisi prius an verus cessionarius sit, vel heres debitoris manifestissime constet, vt inquit idem Bart. in d.l. postulante, & Roman. in l. alia, §. eleganter ff. soluto matrimon. Et ideo magis dicendum est, vbi statuta ad huiusmodi executionem faciendam requirunt, vt creditores esse publicis & liquidis instrumentis appareat, id quod cum aliquid obijci potest, dici non debet, vt supra de herede late diximus.

CAP. L.

ARGUMENTVM.

Instrumentum vi statuti executiuum an valeat in eo quod inter est post liquidationem.

S V M M A R I A.

- 1 Statuto disponente, vt instrumenta habeant executionem paratam, si sit promissum a principio interesse, licet sit incertum, post liquidationem habebunt executionem paratam.
- 2 Interesse incertum a principio in instrumentum deductum, post liquidationem habet executionem paratam.

Accedere commodum potest iis, quæ supra de termini lapsu & purificatione conditionis alia conclusio & satis probabilis dubitatio, de qua meminit Bart. in l. 1. in fin. ff. de legat. 2. Querere enim Doctores solent, stante statuto, + vt instrumenta paratam executionem habeant, si in instrumento interesse + promissum sit, quod sane a principio incertum est, probarique debet, an postquam probatum fuerit, paratam executionem habeant? In hac quaestione Bart. in d.l. 1. habere existimauit. Hanc opinionem Bartolus refert & sequitur Curtius in l. vnica, num. 44. C. de sentent. que pro eo quod inter. & idem voluit Alexand. in l. 1. nu. 13. & 14. ff. de legat. secundo, argument. l. defensionis facultas, de qua tradit Imola ibi, & subdit eandem conclusionem tenuisse Bartolum in l. prima, colum. fin. ff. iudic. solui. & in l. proinde, §. nondum, ff. ad leg. Aquiliam, & in l. prima, in princip. vbi gloss. ff. de edend. & in l. 2. in fine, per illum text. C. de sentent. que sine certa quant. & Baldus in l. si eam, in duobus locis. C. de execut. rei iudic. & in d. l. cum testamento, in fine, C. de manu. testam. & in l. si quidem, C. de exception. & Petr. Anchara. in cap. canonum statuta, in versic. circa istam. extensionem, extra de constitut. & ibidem tradit Alexand. Imola & conciliationem reprobandi, dum existimabat opinionem Bartoli tunc procedere, cum instrumentum facile liquidari potest, alias secus: quandoquidem tunc via executiua agendum non est, nec executio concedenda l. a Diuo Pio. §. si super. ff. de re iudic. & ibidem latius ipse persequitur.

CAP. LI.

ARGUMENTVM.

Statutum prohibens prescriptionem contra mulierem in dote, an valeat in heredibus.

S V M M A R I A.

- 1 Statuto si caueatur mulieri prescriptionem non currere, an in eius heredibus locum habeat.
- 2 Prescriptionibus attenditur principium, & quando & quomodo.
- 3 Priuilegiato si succedat non priuilegiatus, succedens non videtur priuilegius in futurum sine cessione.

Procedendo ad vltiora, quaesitum aliquando fuit, an si statuto + caueatur mulieri in dotibus prescriptionem non currere, eius heredibus

redibus currat, nec ne? In hac dubitatione Bald. in *consil. 286. num. 8. vol. 3.* distinguebat: Aut enim, inquit ipse statutum mulieribus non currere dicit, & tunc in futurum non currere arbitrat, cum personalis prerogativa dicatur: Aut vero statutum dicit precise in dotibus non currere, & tunc si ex verbis ipsius statuti constet statuti rationem personalem esse, & tunc idem dicendum esse, propterea quod in eo casu habetur ac si privilegium personale esset. Si vero res in dubio versetur: & tunc quia privilegium tit. dotis dari intelligitur, & huiusmodi tituli perpetui sunt, & cum sua causa transmittuntur, eodemque iure quo defunctus haeres vitur. *l. 1. C. de privileg. dot. & §. fuerat. Instit. de action.* Merito ut ad futura quoque extendatur, & ex consequenti ut haeredi quoque non currat praescriptio, dicendum censet. Vel melius subdit eodem loco Bald. & concludentius dici posse considerando, quod in praescriptionibus $\dagger$ principium attendendum est: sed dubium non est, praescriptionem a defuncta vxore originem habuisse: ergo & vitam ipsam actionis tanquam substantiam & essentiam ad haeredes transire dicendum est. Nam vivere videntibus est esse. *l. infulam intra biennium. ff. de verb. oblig.* Verum concludendo subdit Bald. distinguendum esse, unde initium praescriptionis capiatur. Nam si initium praescriptionis a defuncto accipiamus, & vera esse praedicta dubitandum non est: si vero ab haerede, & tunc quia non $\dagger$ privilegiatus succedens privilegiato ante cessionem in futurum privilegio non vitur, ut late notatur in *authent. quas actiones, & praesertim a Cyno. C. de sacrosan. eccles.* merito eo casu, ut haeredibus currat dicendum est, & sic secundum praedicta altero de duobus modis concludendum est.

C A P. LII.

A R G V M E N T V M.

Instrumentum vi statuti executiui in restitutione dotis, an comprehendat promissam tantum.

S V M M A R I A.

- 1 Statutum disponens instrumentum pro dote restituenda executionem paratam habere, an etiam promissam amplectatur.
- 2 Correlatiuorum valet argumentum.
- 3 Statutum loquens de viro, extenditur ad vxorem.
- 4 Clausula appositae contra reum in fauorem actoris extenditur contra actorem.
- 5 Statutum Perusinum disponens, ut a sententia lata super executione instrumenti garantigati contra debitorem non possit appellari, extenditur etiam e contra.
- 6 Privilegium concessum marito, an ad vxorem extendatur.
- 7 Statutum si extet, ut gabella dotis soluat tam a marito quam ab vxore, an privilegium, ne soluat concessum marito, competat etiam vxori.
- 8 Vir & vxor vnum corpus sunt.
- 9 Maritus & vxor sibi inuicem communicant actiones.
- 10 Maritus, qui stipulatur alimenta sibi, vxori etiam stipulari censetur.
- 11 Marito relictus vsus alicuius rei vxori etiam relictus intelligitur.

- 12 Privilegia exemptionum concessarum marito licet nullam vxorum mentionem faciant, extenduntur tamen etiam ad vxores.
- 13 Infortunia viri, si sunt communia vxoribus, ut pariter etiam commoda communicentur dicendum est.
- 14 Vxores dignitatem & familiam recipiunt a viro.
- 15 Vxor sequitur domicilium & forum viri.
- 16 Privilegium concessum clericis, competit etiam eorum vxoribus & filiis.
- 17 Vxor clerici vitur eisdem privilegiis quibus clericus.
- 18 Vxor clerici privilegio mariti, etiam si sit speciale & contra ius commune ei specialiter concessum vitur & potitur.
- 19 Privilegium singulariter & dispensatiue contra ius concessum marito ad vxorem extenditur.
- 20 Maritus cum relinquit vxorem dominam, massariam & usufructuariam, quemadmodum existentibus filiis intelligitur tantum alimenta reliquisse, idem etiam de vxore relinquire dicendum est.
- 21 Privilegium immunitatis concessum Doctoribus legum & medicinae, extenduntur ad eorum vxores & filios.
- 22 Vidua durante viduitate vitur privilegiis mariti.
- 23 Regina Galliae durante viduitate appellatur regina, & gaudet privilegiis & dignitatibus Regis.

Satis praeterea propositae materiae nostrae conuenire videtur alia dubitatio, de qua multa tradunt Doctores nostri, scilicet si statutum $\dagger$ disponat, instrumentum dotis restituendae paratam executionem habere: An idem quoque de dote promissa dicendum sit, ita ut eandem executionem habeat maritus contra vxorem vel socerum. Quae de re Bald. nouel. in *tract. de dot. in 6. part. privileg. 2. num. 12.* inquit eiusmodi instrumenta contra vxorem & socerum paratam executionem ad dotem promissam exigendum habere, per ea quae ipse in eodem privilegio deducit, id quod videtur a natura correlatiuorum $\dagger$ confirmari, ut habetur in *l. fin. C. de indic. viduit. tollend.* Ac etiam ex eo quod vir & vxor eodem modo & ordine iudicantur: & ideo si statutum de $\dagger$ vno loquens, ad alium extendatur, mirum non est. *cap. gaudemus. extra de divor.* Facit etiam ad hoc, ut ipse ait, illud quod habetur in *cap. 2. extra de mutua petit.* Nam licet rescripta ad lites stricte intelligenda sint, ut habetur in *cap. P. & G. & cap. super eo. extra de offic. deleg.* Et ideo ultra personas in eis expressas non extendantur: Attamen clausula $\dagger$ contra reum appositae in fauorem actoris extenditur etiam e contra in fauorem rei contra actorem, ita correlatiuorum natura suadente. Et id eo dixit Butt. quod statutum Perusinum $\dagger$ disponens, ut a sententia super executione instrumenti garantigati contra debitorem lata, appellari non possit, extenditur e contra ut etiam contra actorem executionem instrumenti petentem in fauorem rei extendantur ut puta instrumentum exequendum non esse: Nam in eo casu actor quoque ab illa pronuntiatione appellare non poterit, ut aequalitas inter litigantes seruetur, *argum. text. in d. cap. 2. & naturae correlatiuorum.* Vnde fuit aliquando etiam dubitatum, an $\dagger$ privilegium concessum marito ad vxorem extendatur: ut puta si maritus ad solutionem gabellae dotis ex privilegio sibi concessa non teneatur, vxor quoque huiusmo-

di priuilegium habeat, eoque vti possit, ita vt ad solutionem talis gabellæ compelli non possit, eis in
 7 locis vbi extarent statuta, † vt est in vrbe Politiana, quod gabella dotis tam ab vxore quam à marito, vtrutaque quolibet eorum, dimidium soluat. Cumque præteritis annis coram clarissimo & excellentissimo Iureconsulto, nunquam satis laudato, & a secretis serenissimi Ducis nostri Lelio Taurello hac de re & controuersia cum Communitate illius ciuitatis verteretur, consului ego contra Communitatem ad vxorem quoque illud priuilegium extendendum: & eam opinionem indicando sequutus est præstantissimus ille & integerrimus vir. Hanc præterea conclusionem, vt priuilegium concessum marito propter illam regulam correlatiuorum, ad vxorem extendatur, firmavit etiam Ioannes Bapt. Ferret. in consil. 167. nu.
 8 4. vir † namq; & vxor vnum & idem corpus sunt. cap. Agatosa, 27. quæst. 2. Estque sequuta carnali copula vna eademque caro. cap. lege diuina, eadem cau. & quæst. 6. vt debitum. extra de bigam. Et ideo hac
 9 ratione † maritus & vxor inuicem sibi communicant actiones. cap. Martinus, extra de cognation. spirit. Vnde dixit Iureconsultus in l. prima, ff. de ritu nuptia. inter coniuges communicationem esse & consortium diuini & humani iuris: & glossa secunda, in
 10 cap. admonere, 33. quæstione 2. inquit, maritum † qui alimenta sibi stipulatur, censeretur mulieri seu vxori suæ quoque stipulari, cum sit pars corporis sui, vt
 11 ibi ait text. Idem præterea voluit glossa penultima, in cap. omnino, 31. distinct. dum vult † vsum alicuius rei marito relictum, vxori etiam relictum censeretur, vt refert & sequitur Oldrad. in consil. 95. ex
 12 forma, colum. 3. & Felin. in cap. quam sit, colum. 1. extra de iudic. & est text. pro ead. gloss. Institut. de usu & hab. in princip. Et ideo à comparatis & paribus arguendo † inquit, quod licet in priuilegiis exemptionum nulla de priuilegiatorum vxoribus mentio fiat, ob vnitatem tamen & identitatem corporum, vt diximus, includi necesse est: Et ideo
 13 glossa in l. si cum dotem. §. si maritus. in verbo participem. ff. soluto matrimonio. dicit vxorem effici vnum corpus & vnā eandemque animam cum viro suo. Vnde etiam accidere existimabat, † vt infortunia & alios fortunæ varios casus, qui maritis sæpe accidunt, vxoribus communes esse: & contra qui vxoribus viris. Ergo id multo magis de commodis exemptionibus priuilegiis & aliis hoc
 14 genus dicendum est, argumento cap. odia. de regul. iur. in 6. Confirmatur præterea huiusmodi conclusio
 15 ex eo, † quod cum vxor dignitatem & familiam à marito recipiat. l. prima, ff. de Senator. & l. mulieres. C. de dignitat. lib. 12. & l. final. C. de incol. lib. 10. & leg. final. §. idem. & §. si vero, in Authent. de consuetud. & in l. final. C. de nupt. vbi habetur, mulieres maritorum radius illustrari. Accedit etiam
 quod vxor † sequitur domicilium & forum viri. l. cum quadam. ff. de iurisdictione omnium iudicum. eadem namque est lex viri & vxoris. cap. penult. & fin. extra de secund. nupt. Et ideo vir & vxor diuerso modo iudicari non debent. cap. si quis. 32. quæst. 1. & cap. gaudemus. §. quia vero, in fine, extra de diuort. Quod sane fieret, si vxor omnibus mariti priuilegiis, & econuerso maritus non vteretur: Et ideo dixit Oldradus in d. consil. 95. colum. penult. Imperatorem omnia sua priuilegia Angustæ vxori suæ

concessisse, vt est text. in l. Princeps, in fin. ff. de legib. & in l. fisci. ff. de iure fisci. Vnde colligit Alber. in d. l. Princeps, priuilegium concessum marito vxori etiam competere, & econuerso. Confirmare etiam hanc opinionem videtur text. in l. 2. in fin. C. de epis. & cler. vbi habetur † priuilegiū concessum clericis quo
 16 ad collectarum immunitatem eorum etiam vxoribus & filiis competere, prout ibi ad hoc illum text. referunt scribentes: Et ideo dixit gl. in c. eos, 32. dist. & in c. 2. 11. quæst. 1. † vxorem clerici eodem quo clerici priuilegio vti & frui posse: vt late tradit Abb. in c. 2. col. 2. in vers. quid de vxore clerici, extra de foro compet. vbi etiam Felin. col. 2. idem firmavit. Et ideo dixit Socib. in consil. 12. quoniam in presenti. col. 6. versic. & non solum. vol. 1. vxorem † clericis priuilegio mariti
 17 etiam si sit speciale & contra ius commune, & illa causa alicuius exercitii & personæ concessum sit vti posse, per text. in d. l. penult. C. de fabric. lib. 11. & idem quoque tradit in rubr. extra de foro compet. num. 66. & in cap. fallen. 17. eod. tit. & voluerunt etiam Bart. & Alber. in l. semina. ff. de Senator. Et in his terminis Cuman. in l. non tantum. ff. de re iudic. priuilegium
 18 † singulariter & dispensatiue contra ius concessum marito ad vxorem extendi, argumento illius text. in fin. Subdens alias in his terminis dixisse, si maritus exemptione à solutione gabellæ, quæ dispositione statutorum debetur, fortasse habeat, huiusmodi quoque priuilegio eius vxorem frui, & vti posse dicendum esse, & ex consequenti vt gabellam soluere non teneatur: Vnde iunctis etiam
 19 supra relatis colligitur, priuilegium quodlibet alteri ex coniugibus concessum, alteri quoque commune esse, prout optime confirmare videtur text. in l. fin. vers. aequalitate. C. de diuor. vbi per illum text. dicit Bald. maritum & vxorem æqualiter iudicari, vt supra diximus, & dispositum in marito, in vxore quoque locum habere, & econuerso, eodem correlatiuorum argum. d. l. fin. C. de iudic. viduit. tollen. Qua
 20 regula iterum fretus Bald. in auth. hoc locum. C. si secundo nups. muli. dixit, quod sicut † quando maritus relinquit vxorem Dominam, massariam & usufructuariam liberis existentibus alimenta tantum habere potest, vt attestatur gl. & sequuntur Doct. in d. auth. hoc loco. idem quoque econtra dicendum esse, si mulier maritum eodem quoque modo dominum & usufructuarium relinquat. Illa namque Bulgari consuetudo licet sit stricti iuris, & loquatur de marito, ad vxorem tamen etiam trahitur. Idem hanc conclusionem firmavit Bald. in consil. 414. nu. 1. cum seq. vol. 1. dum loquens de com meatu, alias (vt vulgo dicunt) salua conducto concessio alicui eundi ad ciuitatem Astenensem cum decē equis totidemque famulis seu personis cū armis bonis seu suis Arnenlibus, vt aiunt, quibuscunq; absq; vlllo reali vel personali impedimento quibuscunq; processibus, bannis & condemnationibus non obstantibus certo tempore, &c. Quærit, an si ei cui huiusmodi priuilegium concessum erat, vxorem suam ad eandem ciuitatem cum armis arnenlibus & res illi ablatae essent, posset ipsa eodem priuilegio bona & res seu arma sibi ablata recuperare? Et concludit in eodem consilio recuperare posse, ea potissimum ratione motus, quod illud priuilegium marito concessum etiam ad vxorem extendatur, per text. in l. 1. C. de vxor. milit. & toto illo tit. & in d. l. 2. §. fin. C. de epis. & cler. Hanc decisionem Bal. refert & sequitur Ias. in l. si sti-

si stipulatus fuero, num. 3. ff. de verb. oblig. & in d. l. non tantum, colum. 2. ff. de re iudic. & est casus gl. quam ibi sequuntur Dd. & præsertim Lucas de Penna in l. medicos. C. de profess. & medic. lib. 10. vbi volunt, priuilegium immunitatis concessum Doctoribus legum & medicinæ etiam in realibus, ad eorum vxores & filios extendi. & rursus idem confirmauit Lucas de Penna in l. eos qui inter. C. de fabric. lib. 11. Et Albe. de Rosa in d. l. 2. num. 8. C. de episc. & cleric. pariter concludit, priuilegium concessum marito, vxori etiam competere, & conuerso. Et iterum idem Alber. in l. semper. §. negociatores, num. 4. ff. de iure immun. eandem sequitur conclusionem ex eo arguens, quod sicut Imperator legibus solutus est, ita etiam & Angust. d. l. Princeps. ff. de legib. vt latius ibidem tradit. & iterum idem Alber. in l. donatione, quas. num. 1. C. de donat. inter vir. & vxor. & 10. Ant. Ruben. Alex. in l. Gallus. §. & quid si tantum, n. 209. ff. de lib. & posth. idem voluerunt. Præterea, q. huiusmodi priuilegia comunicentur, & ex consequenti quod priuilegiū concessum marito, ad eius vxorē extendatur, tenuit etiam Alciat. in l. sicut, n. 5. C. de in ius vocan. vbi inter alia priuilegia, priuilegium quoque immunitatum concessum marito cum sua vxore communicari arbitratur, & firmat autoritate Cum. per tex. in d. l. non tantum. ff. de re iudic. & per ea etiam quæ tradit Bart. in d. l. 2. in fi. C. de episc. & cleric. & idem voluit Castren. in l. maritum, n. 6. ff. sol. matrim. & Philip. Frach. in c. vnico. §. in ceteris autē, n. 6. de cleric. coniug. in 6. Et cōcludenter ac probabiliter idem firmavit Guido Papæ, in consil. 217. num. 5. dum quærit, an vxor cuiusdam nobilis Ioannis, quæ originem à Plebeio trahebat, teneretur datia, subsidia & alia huiusmodi onera, cum hominibus Vigniatici, vbi erant sita bona ipsius vxoris soluere, & tandem concludendo Plebeio eam nobilitatem & prærogatiuas sui viri retinere, & ideo eisdem priuilegiis & immunitatibus, quibus ipse maritus vti ac frui posse: & ob id ea subsidia & datia non teneri. & mouetur per tex. in d. l. femina. ff. de Senato. & subdit facere tex. in l. cum te C. de nupt. & in l. mulieres. C. de dignit. lib. 12. & in d. l. 2. C. de incol. lib. 10. & ita alias inquit consultum fuisse in reuisione generali anni 1460. prout ait dixisse in decis. dictæ Curie Parlamenti 379. Vbi quærit, quid dicendum de viduis, & quondam vxoribus Consiliatorum Parlamenti, & auditorum Camera computorum Delphinatus, & aliorum nobilium: Qui in dictis oneribus & subsidiis Delphinatus cōtribuere non tenentur. & tandem concludit durante viduitate cum Plebeis & aliis ignobilibus contribuere non debere, nec cogi posse, vt latius ibidem ipse prosequitur: & id, dummodo in viduitate caste & honeste viuant, verum esse & procedere: alioquin secus esse, per tex. in l. quæ adulterum, in fi. C. de adulter. Et ita inquit fuisse consultum à Dominis illis Parlamenti in Camera consilii anno Domini 146. Confirmat quarto loco hanc conclusionem Anton. Capic. in decis. 129. num. 8. & 9. & Roland. a Valle in consil. 86. numero 8. volum. 2. & in consil. 15. num. 11. volum. 3. dum

21 inquit, Regiam & Gallia, dum est in viduitate, reginam vocari, & vti ac frui omnibus priuilegiis, quibus Rex ipse dum viuerebat, utebatur & fruebatur, per ea quæ voluit Bal. in d. l. voluntas. C. de fidei commiss. & lare prosequitur Tiraquell. in tract. cessan. cau. in prima part. num. 107. concludens id etiam in priuilegiis exorbitantibus locum habere. & idem

etiam iterum firmat Tiraquell. in tract. de legib. con nubia, lege 15. per totam, & præsertim, numero 53. & Petrus Lenauderius in tractat. de Doctor. priuileg. parte 2. §. 13.

C A P. LIII.

A R G V M E N T V M.

Instrumentum vi statuti executionem an comprehendat dotem putatiuam.

S V M M A R I A.

- 1 Statutum concedens instrumentis executionem paratam, an concedat etiam instrumentis dotis putatiuam.
- 2 Actus presumptus est vere & proprie.

POTest etiam hoc loco satis congrue quari, & an statutum instrumentis executionem paratam concedens, eandem etiam instrumentis dotis putatiuæ concedat? In hac dubitatione Alexan. in l. si cum dotem. §. si mulier. 2. num. 3. ff. solut. matrim. inquit Bal. & Salicet. in l. 1. in fin. C. de condic. ob cau. ibidem. notare per glos. quod si ex forma statuti instrumenta paratam executionem habent, eandem quoque instrumenta dotis putatiuæ habere: Quod dictum inquit ibidem Alexan. admirandum videri, cum huiusmodi statutum iuris communis correctorium sit, cuius dispositione, vt supra diximus instrumenta executionem paratam non habent: tum etiam quia dos proprie dicitur, cum est verum matrimonium. l. 3. ff. de iure dot. Si autem quæramus, qua ratione Bal. & Salicet. moueri potuerint, ea fortasse esse potuit, quod dos putatiua dotis veræ priuilegia habet, vt in d. §. si mulier. tradit glos. & sequitur Bart. & Cyn. in l. 2. in 7. quest. C. qui potio. in pig. habe. satis est quacunque ratione Bal. & Salicet. moti fuerint, quod hæc conclusio communis est, quam etiam sequitur Roland. a Valle in tract. de lucro dotis, in quest. 93. num. 3. & Tiraquell. in d. tract. de legib. con nubial. in glos. 6. De son. mari. num. 249. & Roderic. Suarez. in l. 1. lib. 3. Dellas ganancias del marido, y della mugier, numero 3. & Paul. Castren. in d. l. si cum dotem. §. si mulier, num. 3. dum vult, vt etiam in quasi dote procedat. Præterea quod statutum de dote simpliciter loquens in dote præsumpta locum habeat, tradit Menoch. in consil. 5. numero 24. volum. 1. per ea, quæ tradunt Raphael. Cuman. in consil. 109. Dominas. colum. 1. & Alciat. in consil. 88. & Curt. iun. in consil. 14. num. 17. vbi inquit actum & præsumptum, esse verum & proprium actum: & Bal. in consil. 100. mulierem maritus, volum. 4. & si male à nonnullis pro contraria opinione citetur. & rursus Bal. in l. nulla, numero 4. & clarius in l. cum citra. C. de iure dot. & idem voluit Bartol. si recte perpendatur, in sua disputatione 7. & clarius Abb. in consilio 46. numero 3. volum. 1. & Castren. in consilio 61. visis statutis communitatis Vicentie, in 2. dubio, volum. 2. & Socin. in consilio octuagesimo, numero vigesimoquarto, volum. 4. vbi late hanc sententiam defendit. & Ruin. in consilio 224. numero 3. & numero sexto, volumine primo, & in consilio 61. volum. 3. Qui quidem Ruin. & si loqui videatur in casu,

id quo nulli ex primo matrimonio filii extabant: attamen idem Ruin. in consil. 151. volum. 5. idem respondit extrat. us filii primi matrimonii. & rursus idem voluit Ruin. in d. consil. 90. num. 5. volum. 4. Comensem sequutus, & Paris. in consil. 34. num. 1. volum. 3. & Socin. iun. in consil. 8. num. 33. volum. 2. & rursus Socin. senior in Rub. ff. sol. matrim. part. 1. num. 47. & Crauet. in tract. de antiquit. temp. par. 1. part. 4. principum. 43. & 44. & Curt. senior in consil. 79. sequi in aliquibus videtur, & iterum Roland. à Valle in eodem tractat. de lucro dotis in quest. 75. num. 16. & Bello. supput. iur. c. 17. n. 8. & iterum Tiraquell. in l. si inquam, in ver. donatio. num. 170. C. de reuocan. donat. & in tract. la mort. le viu. par. 2. decla. 10. num. 4. Contrarium tamen videtur tenere Campeg. in tract. de dote, quest. 111. num. 1. par. 4.

C A P. LIII.

Argumentum est in Summario.

S Y M M A R I U M.

Statutum disponens in instrumentum dotis paratam executionem habere, an in tacita stipulatione locum habeat.

Non discrepat a præcedenti questione, dum quarunt Dd. an statutum disponens in instrumentum dotis executionem paratam habere in tacita etiam stipulatione locum habeat? & putat Bar. in c. P. & G. num. 40. extra de offic. delega. locum habere, per ea quæ tradit gl. in c. humanum genus. 1. distinct. Vbi concluditur illud, quod ex mente provenit, perinde haberi ac si ex verbis proveniret. Et subdit hoc inducere Domini à sancto Gemina. ad illud, quod voluit Bart. in l. 1. §. sed si lege. ff. de his, quæ in testam. delent. vbi hoc idem voluit Bart. in tacita stipulatione, quæ in instrumento dotis expressa non fuit, sed a mente legis provenit, ut voluit etiam ibi Bal. qui idem etiam rursus voluit in l. ad probationem. C. de probatio. & in l. vbi adhuc. C. de iure dot. & in l. unica. in princ. C. de rei vxor. actio. & in l. iuriscientium. §. quod fere. ff. de pact. & late ibi etiam prosequitur Barba. & iterum idem Barba. in c. cum contingat. num. 41. extra de rescrip. & idem etiam voluit Curt. in l. fin. num. 50. Cod. de edicto diui Adrian. tollen. & hanc opinionem dicit esse communem. Alexan. in l. iuriscientium. §. quod fere. ff. de pact. Licet Bal. contrarium dixerit in l. generali. Cod. de sacrosanct. eccles. vbi vult scriptum & non scriptum quo ad executionem tantum differre. Verum, quicquid ibi dixerit Bal. hanc esse communem opinionem, ultra prædictos attestatur etiam Ias. in l. certi conditio. in princ. col. 7. ff. si cert. pet. & Bal. nouel. in l. 1. num. 98. ff. sol. matrim. dum de ficta stipulatione ex instrumento resultare loquitur. & idem voluit Barba. in c. super questionum. num. 9. extra de offic. delega. & Bart. in Rub. C. qui admit. num. 179.

C A P. LV.

A R G U M E N T U M.

Instrumentum statuti vi executionis, an tale sit in dote confessata, sine promissione restitutionis.

S Y M M A R I U M.

Statuto disponente, ut instrumenta publica executioni mandentur: Quæsitum fuit, an, si vxor ha-

beat instrumentum, in quo maritus dotem recepisse confessus sit, nihil tamen in eo dicatur de promissione restitutionis, quo etiam ad dotis restitutionem paratam executionem habeat.

Instrumenti vi quod præsumi potest, de tempore & substantia instrumenti esse dicitur.

In prædictis terminis fuit etiam de hoc dubitatum apud Doctores, ut inquit Ias. in §. fuerat, numero 60. Instit. de actio. ex iis, quæ voluit Bart. in l. 1. in princ. ff. de his, quæ in testam. delent. videlicet si extet statutum disponens in instrumenta publica executionem esse, prout sententiæ executioni demandantur, & fortasse accidat vxorem instrumentum habere, in quo maritus dotem recepisse, & de ea quierationem ei fecisse appareat: nihil tamen in eo de promissione restitutionis dictum sit: An huiusmodi instrumentum etiam quo ad dotis restitutionem executionem paratam habeat, ita ut maritum vel eius heredes executione ad eam restituendam, Mulier soluto matrimonio executionem prædicti instrumenti vi tacitæ stipulationis de restituendo præsumpta ex lege unica, in princ. C. de rei vxor. actio. petens, cogere possit? In hac dubitatione Bart. tenuisse, ut non possit refert Ias. in dicto §. fuerat. ea potissimum ratione, quod illa tacita stipulatio dotis restituendæ legi in dicto instrumento non potest, cum in eo descripta non sit, sed legis autoritate inesse intelligitur. Et ideo cum legi non possit, executioni quoque demandandam non esse, per tex. in d. l. 1. in princ. ff. de his, quæ in testam. delent. Verum prædictis non obstantibus contrarium, ut ipse ait, suadet tex. & id, quod ibi notatur, in l. si duo patroni. §. Marcellus etiam ff. de iureiuran. quem §. Marcellus, ut refert Ias. in d. §. fuerat, ita eleganter inducit: Iuramentum est stricti iuris. cap. penult. extra de iureiuran. & de hoc infra suo loco late dicetur. & probatur etiam in §. actionum, Instit. de actio. Attamen si quis rem fuisse in dotem datam iureiurando fassus sit, illud iusiurandum etiam ad dotis restituendæ promissionem extendi certum est, & ex consequenti etiam restituere iureiurando promississe intelligitur. Vnde contra iurantem ad restituendum actio datur, ut ibi in tex. manifeste habetur, Hanc conclusionem, quod etiam ad restituendum competat executio, sequitur Bal. in l. 1. in §. ff. de his, quæ in testam. delent. ut refert Angel. ipse Aretin. in d. §. fuerat, à simili hoc modo arguendo. Beneficium l. final. Cod. de edicto diui Adrian. tollen. in scriptura fundatur, ut ibi habetur, & tamen in tacita quoque substitutione locum habet: Quæ in alia expressa comprehenditur, ut est tex. in l. tam in hoc iure, in princ. ff. de vulga. & pupil. Comprobatur etiam ex eo, quod illud quod vi in instrumenti præsumi potest, de tenore seu substantia instrumenti esse dicatur l. iuriscientium. §. quod fere, vbi est etiam gl. id asserens ff. de pact. Hanc quoque conclusionem sequutus est Ang. in d. l. 1. in princ. propterea quod illud quod vi plus instrumenti comprehenditur, in eo scriptum esse intelligendum sit. l. asse toto. ff. de hered. instituen. & l. si ita scripsero, vbi notat etiam Bart. ff. de conditio. & demonstratio. & hanc partem sequuti sunt etiam Imola & Cuman. in d. l. 1. in princ. per ea, quæ refert etiam Ias. in d. §. fuerat, & nos supra diximus de statuto, quod ad heredes debitoris extendatur, licet de heredibus mentionem non faciat, sed de debitore tantum loquatur.

C A P.

CAP. LVI.

ARGUMENTVM.

Instrumentum vi statuti executionem an comprehendat etiam pactum nudum.

SUMMARIUM.

1. Instrumentum habens vi statutorum executionem paratam, an extendatur ad ea, in quibus est pactum nudum.
2. Specialia plura ubi concurrunt, contraria dispositio non procedit.

TRansequendo ad alias dubitationes & quaestiones, fuit etiam in his terminis aliquando dubitatum, an instrumenta, quae a statutis paratam habent executionem, eam quoque habeant, ubi continent pactum nudum, & hac de re praestantissimus Riminald. in consil. 277. num. 23. volum. 2. dixit non habere per ea, quae notat Bal. in l. si non sortem. §. 1. in fin. ff. de conditio. indeb. & l. 3. §. si pupillus. ff. de negot. gest. Mouetur autem ea potissimum ratione, quod multa specialia inducerentur contra ea, quae habentur in l. prima. C. de dotis promiss. Primum enim esset, quod absque ordine iudiciario exequerentur, contra tex. in l. prolatam. C. de senten. Secundum quod pactum nudum effectum agendi induceret & actionem produceret, contra tex. in d. l. iuris gentium. §. igitur nuda. Contrariam tamen opinionem firmat Paul. de Montepico in l. lecta, num. 4. ff. si cert. petat. Mouetur autem ex eo quod, ut omnes fatentur, ad ea quae deducuntur in huiusmodi pacta actio ex contractu informata conceditur. merito etiam conueniens esse, ut cum suis qualitatibus & privilegiis detur. Subdit tamen de praedicta opinione dubitare etiam Hieron. Butr. in eadem l. lecta, num. 14. per ea, quae latissime tradit Felin. in cap. 2. colum. 5. extra de probatio. in illo artic. an stante praedicto statuto instrumenta quo ad interesse & alia ab eo dependantia executionem paratam habeant. & subdit multa de hoc dixisse post Bar. in l. certi. §. quoniam. cod. tit. ff. si cert. petat. Verum, quicquid sit de praedictis, hanc eandem conclusionem, quod instrumentum, in quo est pactum nudum, habeat executionem paratam, tenet etiam Alexand. in l. legitima, num. 7. ff. de pact. Et dicit eam quoque sequi Bal. in l. 2. in fin. C. de executio. rei iudic. & concludere non secus executioni demandanda esse, ac si esset stipulatio vel pactum vestitum, statutum namque disponere videtur, ut propter instrumentum talis conuentio vel pactum nudum literis vestitum dicatur. & ideo legitima conuentio sit iure municipali ad agendum confirmata per tex. in d. l. legitima. idque memorie mandandum arbitratur, subdens eandem opinionem tenere iterum Bal. in l. ex placito, in fine. C. de rer. permut. & in l. 7. §. pupillus. ff. de negot. gest. & imo in l. fin. colum. 12. ff. de quibus appell. non licet. & Roman. in l. 1. in princip. ff. de verbor. obligat. & not. iterum Bal. in l. etiam, colum. 1. C. de execut. rei iudic. & in l. 1. in fine. C. de dot. promiss.

CAP. LVII.

ARGUMENTVM.

Instrumentum vi statuti executionem an comprehendat confessio-natum.

SUMMARIUM.

1. Statutum si disponat instrumenta confessionata executionem paratam habere, an quod sit nudum pactum opponi possit.
2. Pactum nudum vestitur beneficio statuti.

IN eisdem terminis quaerit Bal. in lib. suo statuto-rum, in verbo. instrumentum, num. 1. quae quando extaret statutum disponens, ut instrumenta confessionata habeant executionem paratam, executioni mandentur, an opponi possit de pacto nudo? Et respondet distinguendo: Aut enim inquit ipse opponitur de nuditate formali, aut de nuditate causalium primo casu inquit opponi non posse, quia pactum nudum dici non potest, cum auxilio & beneficio statuti vestitum sit, d. §. legitima. ff. de pact. & l. si quis argentum. C. de donat. At in secundo casu subdistinguit: quia autem ex eodem instrumento constat de causa excipiendi, ut puta quia opponitur de aliquo ab instrumento proveniente, & tunc quia non est ob id contra instrumentum opponere, ac etiam quia ita dicitur instrumentum confessionatum pro vna parte, sicut pro alia, exceptio locum non habet, nec obstat. Verum si in alio fundetur exceptio praedicta, & tunc non procedere exceptionem statuto reluctante & exceptionem excludente, primum patet per textum in l. stipul. ff. de iure dot. & in l. quare. §. inter. ff. locat. secundum, quia qui sic contrahit, exceptionibus renuntiare videtur, quod a statuto prohibetur. l. 1. §. si venditor. ff. de edil. edic. & tradit. idem Bal. in d. l. ex placito, in fin. ff. de rer. permut.

CAP. LVIII.

Argumentum est in Summario.

SUMMARIUM.

1. Statutum concedens executionem paratam instrumentum guarantigiato: an competat etiam habenti vtilem actionem, sicut directam.

NON discedendo a praedictis quaeritur successiue, an statutum concedens executionem paratam instrumentum guarantigiato pariter pro sit habenti vtilem actionem, sicut habenti directam? Bar. in hac dubitatione, in l. 1. col. pen. ff. de actio. & oblig. per tex. in l. si procurat. in princ. ff. de procur. competere existimauit, cum ibi dicatur, lata sententia pro procuratore, dominum eiusdem sententiae executionem habere, & si dominus iura vtilia tantum habeat. Et hanc conclusionem tanquam indubitabilem ab ea argumentando firmat Ias. in l. possideri. n. 10. ff. de acq. poss. & Cassa super consuet. Burgun. in Rub. §. 6. in tex. ibi

Contra

Contre le principal oblige: ou ses trois. colum. 1430. nu. 9.
& Aret in Rub. ff. de acq. poss. ubi etiam dicit vidisse com-
muniter observari decisionem Bar. ut latius ibi prosequi-
tur Cassa. ad quem breuitatis causa me refero.

C A P. LIX.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

- I Instrumenta confessionata vel garantigiata vi sta-
tutorum executionem paratam habentia, an ean-
dem habeant in casibus in quibus est tacita hypo-
theca.

DE hac conclusione satis supradictum est, cum
tractarem de variis questionibus in quibus
de praesumpta obligatione agitur. Verum quia hic
magis generaliter loquimur querendum est, quan-
do generaliter de tacita hypotheca tractatur: An
stante statuto ¶ ut instrumenta confessionata vel
garantigiata habeant executionem paratam, ean-
dem quoque habeant, si petatur executio vi instru-
mentorum: ex quibus tacita, non expressa hypothe-
ca oriatur? In qua dubitatione Anton. Negusant. in
tract. de pigno. & hypo. in 4. memb. 2. part. num. 167. in-
quit huiusmodi instrumenta ex communi opinio-
ne ad hanc tacitam hypothecam extendi, ut volue-
runt Bar. & Bal. & latius Imo. in d. l. i. ff. de his, quæ in
testa. delent. & Bal. in l. unica. §. & ut plenius. C. de rei
vxo. actio. & in l. ad probationem, i. C. de probat. & ita
tenet Alex. in l. iurisperitum. §. quid fere col. ff. de pact.
Et licet loquatur in stipulatione presumpta, de qua
supra tractauimus, idem tamen esse inquit Negu-
sant. ibidem in tacita, inquit Bal. nouel. in tract. de dote,
in 6. par. priuileg. 7. col. i. subdit tamen vidisse aliquan-
do consultum hanc communem opinionem limi-
tari, & locum non habere, quando via executiua
vigore tacite hypothecæ contra ipsum principa-
lem in instrumento nominatum agitur, & ita in-
quit intellexisse Bal. in l. i. C. commun. de lega. & rursum
etiam locum habere, quando instrumenti execu-
tio petitur, in quo hypotheca expressa est, propter
ea quod illa tantum contra principalem debitorem,
eiusque hæredem, non autem contra tertium pos-
sessorē esse dicitur, ut inquit Bened. de Barz. in tract.
guarantigia, col. 32. vers. descendam nunc ad nonum. &
ita tenent Bal. & Angel. in l. 2. C. si aduers. credit. & Bal.
iterum in l. hac edictali. C. de secund. nupt. & in l. si pro te.
C. de iure dot. & Bart. in l. 3. in 4. questio. C. de pignor. &
Ang. imo. Alex. & alii in l. i. §. si hæres. ff. ad Senatus cons.
Tribell. & Felim. in c. cum super. col. 6. vers. & nota quod
Titus, extra de re iud. & hanc conclusionem inquit ibi-
dem Negusant. firmare Alexand. in consil. 126. repetitus,
num. 7. per totum, vol. 6. & de hoc videas Andreæ Barb.
in repetitione. l. cum acutissimi. num. 15. C. de fideicom-
missis in 8. vol. repetitionum.

C A P. LX.

A R G V M E N T V M.

Instrumentum vi statuti execu-
tium an comprehendat debitum te-
stibus comprobatum instrumento
non extante.

S V M M A R I A.

- 1 Stante statuto, ut instrumenta habeant executionem
paratam: si forte accadat, ut de debito instrumen-
tum non extet, & ideo exhiberi & produci non
possit: An creditor possit, testibus de debito exami-
natis ex eorum dictis de debito instrumentum con-
ficere, ita ut tale instrumentum executionem pa-
ratam habeat.
- 2 Probatio quæ sit scriptis & testibus, validior ea est,
quæ testibus tantum sit.
- 3 Vfus communis loquendi maxime in statutis inter-
pretandis attendendus est.
- 4 Testes in statutis instrumentorum appellatione non
comprehenduntur.
- 5 Statutorum à verbis, recedendum non est.
- 6 Instrumentum ex dictis testium confectum secun-
dum formam statuti, quando habeat executionem
paratam.
- 7 Statutum huiusmodi ex dictis testium confectum,
quando secundum Menochium habeat executio-
nem paratam.

Prosequendo rem propositam in casu magis
dubitabili, querunt Dd. de hac conclusione, vi-
delicet, si extet statutum disponens, ut instrumēta
habeant executionem paratam: & accadat, ut de de-
bito instrumentorum non extet: an creditor possit
testibus de debito examinatis ex eorum dictis de
debito instrumentum conficere ita ut tale ¶ instru-
mentum paratam executionem habeat? Hac de re
variae extant Doctorum opiniones: Nam Cur. in l.
fi. num. 65. C. de edicto Diui Adrian. tollen. ut huiusmo-
di instrumentum executionem paratam habeat exi-
stimauit, per ea quæ dixit Salic. in l. si quis argentum.
§. si. C. de donat. ubi argumento statuti disponentis,
quod debitum ultra 20. libras testibus probari non
possit, sed instrumēto: Eo tamen non obstante vol-
unt Dd. ex dictis testium instrumentum confici
posse, & tale debitum eo probari, & hanc conclu-
sionem sequitur Tiraq. in tract. de vtroque retract. in
rit. de retract. lignagier. §. 2. gl. 1. num. 14. primum fir-
mans, beneficium l. si. C. de edic. diui Adrian. tollen. lo-
cum habere in testamento, quod testibus solum
constat, & deinde loquendo in terminis nostris,
inquit hanc conclusionem approbare recentiores,
excepto Iaf. & eam sequi Alexand. in consil. 93. vol. 6. &
Matth. in 5. notab. quod contractus & Hipp. Mars. in sing.
484. si vera loqui Et intelligunt, quando testes de eo
quid continetur in testamento, & eorum dicta in
scripturam rediguntur, & coram iudice producun-
tur, qui executionem concedere debet. ¶ Contra-
riam vero opinionem tenuerunt quamplures alii,
qui pluribus mouentur. Et primum ex eo, quod va-
lidior est illa probatio, quæ scriptura & testibus sit,
ea quæ à testibus tantum prouenit, ut est glos. & ibi
notant communiter Scribentes, in l. certi conditio.
§. quoniam. in verbo, coniunctim. ff. si cert. petat. Sed
quando testamentum aliqua ex parte minus legiti-
mum est, ut competat beneficium d. l. fin. C. de edicto
diui Adrian. tollen. probari non potest, ut inquit ibi
Bart. col. 5. vers. sumus expediti. & tamen dicitur pro-
batio mixta, videlicet à testibus & instrumēto pro-
ueniens, ut notat Bal. in l. si. colum. 2. C. de fideiuss. Ergo
multo minus poterit illud beneficium competere,
quando ex solis testium dictis scriptura seu instru-
mentum conficitur, Curt. tamen ibi reliquit cogi-
tandum,

randum; & de instrumento testamenti loquitur. Præterea hanc conclusionem sequitur Tiraquel. in tract. de vtroque retract. in tit. de retract. ligniagier. §. 2. gl. 1. num. 12. cum seq. Mouetur autem arguendo à
 3 communi vsu loquendi qui maxime † in statutis, vt supra diximus inspiciendus & obseruandus. Testes enim seu eorum dicta instrumenta non appellantur, vt dixit Bart. & sequutus est Alciat. in l. notio-
 nem §. instrumentorum. ff. de verb. signifi. & Imola, Felin. & Deci. in Rub. extra de fide instr. & Aret. in consil. 51. si detur postmodum. & Firmian. in tract. de gabel. in 3. par.
 4 & par. prim. quest. 34. Et ideo † in statutis appellatione instrumentorum, testes non comprehenduntur, vt inquit in eadem Rub. Imola, & Jacob. Butrig. ff. de
 5 fide instru. Et vbi verba statuti non conueniunt † statutu locum non habet, l. 4. §. toties, & ibi Bar. & alii ff. de damno infecto, cum multis aliis, quos refert Tiraquel. in l. si vnquam, in verbo. libertis, in princ. C. de reuocan. donat. A verbis namque statuti recedendum non est. l. quod constitutum, & ibi Bart. in princ. ff. de testa. mili. Et quod statutum non dicit, nec nos dicere debemus. l. si seruum. §. non dixit Prætor. ff. de acq. hered. & tradit Bal. in l. omnes populi. paulo ante fin. ff. de iusti. & iure, & latius idem Tiraquel. in d. l. si vnquam, in verb. libertis, num. 4. Et illud quod omisum est à statu-
 6 tuto, † pro omisso habetur, nec in eo statutum locum habet, sed iuris communis dispositioni relinquitur, c. 1. extra de iureiur. & c. in nostra, extra de iniur. Et tradit Bal. in l. si plures, colum. 8. vers. iuxta predicta formatur. C. de conditio. insert. Bellonus vero in consil. 22. num. 6. & 7. refert fautores vtriusque opinionis & deinde numero octauo, versic. Primus, dicit vtramque opinionem distinguendo in duos casus substineri posse. Primus autem est, Quando tenor & substantia instrumenti testibus probatur & testium dicta in scriptis rediguntur: & in eo casu opinionem Ang. locum habere arbitratur, & huiusmodi instrumenta vtriusque statutorum executionem paratam habere & ita inquit intelligere Decium & satis quidem recte in dicta l. fin. & facere inquit pro hac opinione, quia paria sunt virtus testium & instrumenti. l. in exercendis. C. de fide instrument. Secundus casus est, quando testes tantum adhibiti sunt, non autem in scriptis eorum dicta redacta: & tunc contractum ita probatam executionem paratam non habere. Ratio autem huius differentie, vt Bellonus arbitratur, ea est: quod testium dicta in scriptis redacta notorium sicut instrumentum faciunt ceteraue iudicii acta, vt inquit gl. in c. significant, extra de testib. Et ita inquit fuisse ex mente Pauli & Bal. in locis supra deductis, dum volunt dicta testium ideo executionem paratam non habere, quia notorium non faciunt, vt instrumentum: & ideo contrariam opinionem cum in scriptis redacta non sunt, locum habere. Vnde summa ratione Bal. in d. l. generali. dixit, solam testium adhibitionem executionem paratam non habere: sed scripturam. Est autem in primis hoc loco animaduertendum, quatenus hanc interpretationem ex mente Castrensis esse ait. Quia si diligenter animaduertatur Castrensis, contrarium voluisse videtur in l. prima §. sed consulto, numero quarto. ff. de his, quæ in testam. delent. dum vult, cum instrumentum amissum est, via executiua agi non posse. Sed ordinarie agendum esse, testibusque probare oportere: & idem dicere videtur iterum Castren. in hnostram prouisio-

nem. C. de testamen. Plane si Belloni conclusio vera esset, executiue producendo dicta testium in scriptis redacta agi posset. Fœdere huius distinctionis conatur Bellonus varias illas opiniones concordare.

Hæc autem declaratio Belloni, quando de iure procederet: locum tamen habere non crederem, vbi extarent statuta, quæ huiusmodi executionem instrumentis liquidis concederent: Nam licet secundum Belloni declarationem dicta testium in scriptis redigantur, ob id tamen instrumentum liquidum, prout à statuto requiritur, dici non potest. Cum multa obici non solum contra ipsum instrumentum, sed etiam contra testes possint, & formam reductionis dictorum ipsorum testium in publicam scripturam, vt supra vidimus. Vbiunque enim aliquid obici potest, liquida non sunt, nec vi dictorum statutorum executionem paratam habere debent.

Si vero teneremus contrariam Angel. & Salic. conclusionem, eam restringit Alex. in d. l. si. C. de edicto diui Adrian. tollen. & dicit eam in illis tantum casibus locum habere posse, in quibus testes sine litis contestatione examinari possunt, vt refert Curt. in d. l. si. & comprobatur Felin. in cap. sicut, colum. 4. extra de re iud.

Non est etiam omittendum, ea quæ paulo ante diximus de testibus, videlicet, quod si extet statutum † concedens executionem paratam instrumenti
 7 guarantigato loco etiam habere, vt inquit Menoch. in tract. de adipisc. poss. in 4. remed. num. 104. si debitor coram Notario & testibus se debere fateatur, & illius confessionis instrumentum confiscetur: nam huiusmodi instrumentum paratam executionem habebit, vt voluit Angel. in d. l. fin. colum. 2. versic. eadem glos. C. de edicto diui Adrian. tollen. quem sequitur ibi. Alexan. num. 21. & Dec. num. 39. versic. & dicit Alex. & latius Hippol. Marfil. in sing. 484. si vera loqui. vbi reuocat contrariam opinionem eiusdem Angeli in l. si fideiusfor. C. de fideius. Id autem, vt inquit Menoch. procedit, quando aduersarius contenta in instrumento confitetur cum suis substantialibus. At secus, si simplex sit confessio, vt ibi latius per eum, qui loquitur de testamento in terminis d. l. fin. Nos vero loquimur de omnibus instrumentis vi statutorum paratam executionem habentibus.

CAP. LXI.

ARGUMENTVM.

Instrumentum probans indemnitatis conseruationem, an in quantitate damni testibus validetur, posito quod statuti vigore debitum extra ceterum tantum instrumento probari debeat.

S V M M A R I A.

- 1 Statutum si disponat debitum vltra centum solum instrumentis publicis probari posse: & appareat instrumentum conseruationis indemnitatis, quantitas autem damni probetur testibus, & transcedit centum, an talis probatio sufficiat?

- 2 Statutum si disponat mandatum testibus probari non posse, in ratificatione locum non habet.
- 3 Principaliter licet aliquid fieri non possit, potest tamen coadiuvari.
- 4 Debitum ubi probatum est legitime, debiti quantitas iuramento probari potest.

Quarendum etiam, iuxta prædicta est, ut inquit Ang. in d. l. certi conditio. §. quoniam igitur, num. 3. ff. si cert. pet. de huiusmodi dubitatione Statutum alicubi disponit debitum ultra centum publico tantum instrumento probari posse: Modo apparet quoddam instrumentum conseruationis indemnitis: damni vero quantitas testibus probatur, quæ centum excedit: an talis probatio sufficiat? Ang. in loco supra relato, dicit sufficere: propterea quia simul iuncta non reprobantur: licet à statuto solis testibus probari reprobetur: & ita inquit tenuisse Iacob. Burrig. disputando, & eum sequutum esse Bar. & ad hoc adduci ea, quæ voluit gl. in d. §. quoniam igitur. Alioquin subdit Ang. in eo casu vel simili, instrumentis probare possibile non esset. Hanc conclusionem sequitur etiam Dec. in d. §. quoniam, num. 7. quam inquit præcipue duabus rationibus comprobari. Prima autem est, quod debitum instrumento immediate, ut diximus probatur, & ex consequenti statutum immediate adimpletur, cum causa immediate inspicitur. l. socium qui in eo. §. si. ff. pro socio. & in simili tradit Ang. in consil. 31. D. Philippus, colum. 3. per tex. in l. cum hereditas. ff. ad Senatuscons. Trebellian. & notat Aretin. in consil. 148. in questione proposita, colum. penult. & Anchar. in consil. 78. in princ. Statutum ergo de quo agitur, quominus quantitatatis liquidatio testibus probetur, prohibere non videtur. Nam probatio quantitatatis eam debitam non reddit, quia debiti probatio principaliter & immediate ab instrumento prouenit. Vnde cum huiusmodi statutum iuri communi repugnet, stricte interpretandum est: Et ideo inferunt, quod si huiusmodi statutum disponat mandatum testibus probari non posse, in ratificatione locum non habere, ut inquit Bal. in l. obseruare. §. fin. in ii. quaest. ff. de offic. procons. & lega. Confirmatur hoc ex eo, quod licet aliquid principaliter fieri non possit, coadiuvari tamen potest, ut tradit Bartol. & sequuntur Dd. in d. l. fin. C. de eden. & Abb. post alios in cap. i. extra de probat. cum similibus, ut dixit late ibi Dec. colum. 24. & facit etiam illud, quod dixit Innoc. in c. cum clamor. extra de testibus. & illud, quod notat Rainer. de Forliu. in l. i. ff. de in litem iuran. ubi voluit, quod si debitum legitime probatum sit, eius quantitas iuramento probari possit, ut inquit Capoll. in cautela 210. aliquis inuolauit. & facit iterum illud, quod notat Bart. in l. admodendi, vers. quid si testes. ff. de iureiuran. Licet, ut ipse ibi deducit, quædam in contrarium adducantur. Verum quia Decius ibi late respondet, ulterius insistere opus non est, late etiam de hoc tradit Ias. in d. §. quoniam, num. 9. & ibidem Alex. num. 8.

C A P. LXII.

Argumentum est in Summario.

S Y M M A R I U M.

- 1 Statuto stante, ut instrumentum guarantigiatum habeat executionem paratam, an in his etiam proce-

dat, quæ in instrumento expresse non continentur, & ad interesse quanti plurimi.

Successiue rem propositam prosequendo, & paulo ante dictis adnectendo, suboritur alia dubitatio, an stante statutum disponente, ut instrumentum guarantigiatum executionem paratam habeat, procedat etiam in iis, quæ in instrumento expresse non continentur, & ex consequenti ad interesse quanti plurimi? Hac in re Socin. iun. in consil. 136. num. 4. vol. 2. tenet non extendi. Inferendo ad statutum Senense, quo cauetur, ut de omnibus causis compromissum fiat & gabella solvatur, exceptis illis, quæ scriptura manu propria debitoris confecta, probari possunt. Quo statuto ita disponente, dixit, illam exceptionem ad interesse quanti plurimi, proueniens ex debito in scriptura contento, ad interesse quanti plurimi ex debito in scriptura contento: intra tamen constitutum tempus solum non extendi, prout etiam habetur in decis. Pedemon. 149. n. 3. Mouentur autem, quia hæc quæstio de huiusmodi interesse, à quæstione debiti separata videtur, in quo casu disponit statutum, faciendum esse compromissum & gabellam soluendam, non obstante quod super principali debito, nec compromissum facere, nec gabellam soluere quis cogatur? quo fit ut cum hoc interesse quanti plurimi, in instrumentum non teneatur: sed ex mora & negligentia ipsius debitoris mere proueniat: merito ad illud decretum executionem concedens extendendum non sit.

C A P. LXIII.

A R G V M E N T U M.

Instrumentum transsumtum vi statuti executiuum, an tale sit si à iudice & non à Notario transsumtum.

S Y M M A R I A.

- 1 Statuto disponente, instrumentum sumptum manus publici notarii ex contractu, cuius aliquis notarius fuerit rogatus, habeat executionem paratam: An exemplum autoritate iudicis legitime confectum eandem executionem habeat?
- 2 Subscribens sibi præiudicat, non secus ac si totum scripsisset.
- 3 Statutum disponens, ut offensus contra offendentem vindictam facere possit: eam per substitutum facere potest.
- 4 Statuto si caueatur, quod si quis manibus suis aliquem occiderit, quadam pœna puniatur, & aliquis mandauerit quemq. occidi: mandans in pœnam statuti non incidit.
- 5 Demandare alteri non potest quis illud, quod secundum suam conscientiam facere tenetur.

Insurgit etiam ex prædictis alia dubitatio: si fortasse alicubi ex forma statuti disponatur, ut Instrumentum sumptum & extractum manu publici notarii, ex contractu ab alio notario confecto habeat executionem paratam: an exemplum autoritate iudicis legitime confectum executionem paratam habeat? Hac de re Curt. in auth. si quis in aliquo, num. 25. C. de eden. mentionem faciens inquit eam executionem non habere, ob id quod manu notarii confe-

confectum non sit, per ea quæ voluit Bart. per illum text. cum glos in l. probatorias. C. de diuer. offic. libro duodecimo. Et Angel. in §. hoc insuper, in Auth. vt sponsal. largit. Id autem, vt subdit ibidem Curt. procedit, vbi tertius quispiam notarius exemplum sumpserit: & huiusmodi exemplum notarius de eo rogatus, & qui illud confecisset, non subscripsisset: Quandoquidem si ponamus notarium, qui illud confecit, exemplum subscripsisse, non minorem fidem faciet, quam si integrum propria manu transcripsisset: & ita inquit quotidie in practica observari, vt voluit glos. in §. in his vero, in Authen. de instrument. caut. & fide. Et Angel. in dict. l. si quis ex argentariis. §. prator ait ff. de eden. & in l. quadam. §. nihil, cod. tit.

- 2 Ratio autem est, quia subscribens non aliter sibi præiudicat, ne sit totum scripsisset, vt dicunt Bar. & Angel. per illum text. in l. emptor. §. Lucius, in 2. nota. ff. de pact. & Paul. Castren. & Alexan. in l. cum antiquitas. §. cum autem, per illum tex. C. de testament. & facit illud, quod notant Angel. & Imola in l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus ff. de verborum obligat. & illud, quod notat Bal. in auth. contra qui propriam. col. 2. C. de non numer. pecun. & ita observat consuetudo, secundum Angel. in l. quadam. §. nihil, de eden. & Alexan. in consil. 129. ponderatus his. Voluerunt tamen Cardin. & Imola in c. fin. extra de offic. deleg. vt Notarius subscribens sui impedimenti mentionem faciat: ac etiam vt diligenter cum originali concordare procuret, & asserat concordare cum originali inuenisse, prout etiam hodie observatur, & quotidie in huiusmodi subscriptionibus observari videmus. Hanc conclusionem sequitur Andr. Barbat. in c. cum dilecta, num. 56. extra de rescrip. & dicit esse etiam ad idem tex. in clem. 1. de iur. iuran. vbi inquit Cardinal. Si Pontifex mandet alicui, vt manu propria aliquid faciat, id alteri committere & demandare non posse, vt inquit esse gl. singularem in clem. 1. in verbo, personaliter, de vita & honest. cler. & eandem glos. refert & singularem dicit in c. mulieres, extra de sent. excom. & subdit Barbat. esse optimum text. in l. seruus si heredit. ff. de statu liber. & per illum tex. dixit Bal. in cap. 1. §. si quis vero, in tit. de pace iura. firm. quod si statutum disponat, vt offensus de offendente vlcisci possit, per substitutum vlcisci non posse: Id quod comprobauit Ioan. Andr. in c. sicut dignum, extra de homicid. dum inquit, si statutum caueatur, vt si quispiam manibus propriis aliquem occiderit, puniatur quadam a statuto constituta poena: & ipse mandauerit occidi, in poenam statuti non incidere: ob id quod statutum factum ipsam quauis ex causa considerauerit. & ad hoc facit text. in l. 1. §. ne autem, in versic. suis manibus. Cod. de caduc. tollen. Quod dictum omnēs Ioan. Andr. tribuere videntur, & refert Dominicus a sancto Gemino in c. si quis viduam. 50. distinet. Sed re vera fuit dictum Iacobi de Beluif. vt refert Bal. in cap. 1. §. furtum, in tit. de pace iuramento firman. Præterea ad idem facit text. in l. nulli, in versic. pro sua conscientia. C. de episc. & cler. vbi habetur, illud quod quis sua conscientia facere debet, & tenetur, alteri demandare & committere non posse, vt est glos. in l. sicuti. ff. de arbit. & facit tex. in l. inter artifices, in versic. a se. & in versic. suis operibus. ff. de solutio. & latius tradidit Andr. Barbat. in loco supra relato. & rursus idem Barbat. in c. tua nobis, num. 17. extra de testament.

C A P. LXIV.

Scriptura propria debitoris vt statuti executiua, an talis sit vbi tantum eius manu est subscripta.

S V M M A R I A.

- 1 Statutum si disponat, vt scriptura facta manu propria debitoris pro libito & voluntate creditoris executioni mandetur: & reperitur scriptura alterius manu scripta & subscripta manu debitoris, dicentis omnia supra scripta confirmare: an sufficiat ad executionem ipsam consequendam.
- 2 Poena neganti propriam scripturam impositam habet locum in negante chirographum manu tertii factum, & ab ipso debitore negante subscripto.
- 3 Verbum, videri, denotat fictionem & impropriatatem.
- 4 Statutum regulariter non habet locum, nisi in casu proprio.
- 5 Scriptura dicitur alicuius, etiam si manu propria illius scripta non fuerit, sed alius eius mandato scripserit.
- 6 Statutum disponens, vt quis non admittatur ad recipiendum contra propriam scripturam, in qua promissa pecunia continetur, habet etiam locum si non sit propria manu scripta, sed alterius eius mandato.
- 7 Dicto, vel verbum, velut, fictionem denotat.
- 8 Subscriptio generalis & simplex, quando sufficiat & non requiratur specialis.
- 9 Subscriptionis formula.
- 10 Notitia, ex quibus colligatur.
- 11 Ignorantia, ex quibus presumatur.
- 12 Subscribens vt testis, in nullo sibi præiudicat.

Quoniam vidimus præcedentē conclusionē limitari & locum non habere, vbiunque notarius illemet qui instrumentum confecit, ab alio tamen sumpto se subscribit: merito prædictis adnectendum videtur illud, quod dicit Alexan. in l. si ita stipulat. §. Crisogonus, num. 3. ff. de verbor. obligatio. vbi in eisdem terminis ex dictis ibi ab Angelo infertur ad statutum disponens, prout attestatur esse hic Florentiæ, vt scriptura manu propria debitoris executioni mandetur pro voluntate & libito creditoris: si fortasse reperitur aliqua scriptura manu tertii scripta, & manu debitoris subscripta, asserentis omnia subscripta confirmare, an satis sit, vt huiusmodi statutum locum habeat, quasi sub illis verbis omnia superscripta in subscriptione contenta in ipsa subscriptione contineantur, vt manu propria ipsius scripta dicantur, quemadmodum ille scribere dicitur, qui clausulas & cætera, vt quotidie faciunt tabelliones, apponunt, vt notatur in auth. quod sine. C. de testib. & facit text. in l. Diuus, in princ. & in §. subscribere. ff. de fals. & ita subdit Ang. consultum fuisse Florentiæ: eandem præterea conclusionem sequitur Castren. in d. §. Crisogonus, & in d. l. emptor. §. Lucius. ff. de pact. adducens etiam tex. in l. fideiusor. §. si. ff. de pignor. Item pro hac opinione adducit Alex. ibidem illud, quod dixit Bal. in auth. qui propriam. C. de non num. pecun. dum quærit: An poena illius authen. imposita neganti propriam scripturam, in

chirographo manu tertii confecto & subscripto ab ipso debitore negante locum habeat? Et respondet locum habere ea ratione quod qui instrumentum subscribit, totum subscripsisse videatur. *l. cum antiquitas. §. fin. C. de testament.* Contrariam vero opinionem contra Ang. ut executionem paratam non habeat, quam etiam plures sequuntur, primum confirmari posset per text. in *d. l. Diuus. §. subscribere, 3 in versic. videri. ff. de fals.* Quod tamen quidem verbum fictionem denotat & improprietatem. *l. 1. §. de cessione. ff. de vi & vi armata. §. l. 3. §. ex contrario. in fi. & ibi notat D. ff. de acquirit. poss. & notat Bar. in l. si qui pro em- 4 tate. colam. §. ff. de usufructu. Statutum tamen vero solum in casu proprio & vero locum habet. *l. 3. §. hac verba. vbi notat Bar. ff. de negot. gest. & l. fin. ff. de his qui ven. et a. impetr. & ibi notat D. ff. de interd. de cisterna. ff. de fonte. & ibi notat Bar. & Ioan. Andr. in c. pro possessore. in mercuria & Bar. iterum. l. 1. & in l. Labeo. §. contrarium. ff. de verbor. signific. & Bal. in l. meminimus. C. de legit. hered.* Præterea hanc opinionem contra Ang. sequitur Barbat. in *l. si qui. num. 5. extra de reb. eccl. non alien.* Verum tenendo opinionem Angeli dixit Alexan. eodem in loco, respondendo prædicto §. subscribere, illum text. non ob stare, quia loquitur in eo, qui non subscripserat, sed solum mandavit, ut alium scriberet, qui deinde scripsit. At in casu de quo agimus, fuisse scripturam manu propria scribentis, quatenus subscripsit & per stipulationem approbavit & id comprobatur. per text. in *l. si ita scripsero. ff. de condit. & demon. & in l. asse toto. ff. de hered. instit. cum vulg.* Verum contra hanc declarationem Alex. replicat. *l. in d. §. Grisogonus. num. 6. ex iis, quæ voluit Gemin. in c. si pro te. in i. not. per illum tex. de rescrip. in 5 6. dum vult scripturam dici tamen alicuius, etiam quod ipse propria manu non scribat, sed alius, eius tamen mandato & commissione.* Et inde infert ad statutum disponens, tamen quis ad excipiendum contra propriam scripturam non admittatur, in qua pecunie promissio continetur: Nam huiusmodi statutum etiam in ea scriptura locum habere existimat, quæ propria manu scripta est excipere volentis: sed alterius, eius tamen mandato, ita ut in eo quoque casu excipiens repellatur. Et vltimus subdit contra Ang. facere & allegari consuevisse text. in *d. l. si ego. §. dotis. ff. de iure dot.* Quod enim fide & non vere ille qui per alium scribit, scribere dicatur, satis concludenter inquit colligi ex eo text. dum in eo dicitur, Plane si rerum libellus marito detur, ut Romæ vulgo fieri videmus: nam mulier res, quas solet in usu habere in domo mariti, neque in dotem dat, in libellum solet conferre, eumque libellum marito offerre, ut is subscribat, quasi res acceperit: & velut chirographum eius vxor retinet, resque libello continetur, & quod in domum eius illata sint: Cum enim dicat ibi Vlpianus, & velut chirographum eius vxor retineat, satis apparet, vere & proprie suum chirographum non esse, nec dici posse, cum illa dictio, tamen velut, denotet fictionem, ut notat Bal. in *l. penult. per illum tex. in verbo, velut. C. de interd. mat.* Casus autem fictus, ut sepe diximus, in statutis locum non habet. Verum quicquid contra Ang. deducatur, Ias. quoque, in eius sententiam & opinionem concurrat, & si dicat Angel. sibi repugnare & aliter tenuisse in *l. cum antiquitas. §. cum autem. in lectura Florentina. C. de testam.* Recepta igitur hac Ang. conclusione cum magis communis videatur, nonnulla pro eius declara-*

tionem & clariorem intelligentiam attingenda & discutienda sunt. Et in primis animaduertendum est, Bar. ut refert idem Ang. in *l. Diuus. §. item senatus. ff. de fals.* existimasse in huiusmodi subscriptione specialem de iis, quæ supra in eadē carta scripta sunt, mentionem faciendam esse, quando partim in fauorē subscribentis & partim contra descripta sunt, ita ut in eo casu subscripro generalis non sufficiat. Verum Ang. quicquid dixerit Bar. hanc eius declarationem de iure introductam & dispositam non esse arbitratur, & ideo non ob stare etiam text. in *d. §. item senatus. vbi Bar. vim omnem huius suæ declarationis facere videtur, propterea quod illud ibi speciale est, ob id quod prima scriptura, nisi de consensu subscribentis constaret, prohibita erat. comprobatur hoc per text. in l. Caius. ff. de pign. act.* Præterea quod sufficiat simplex & generalis subscriptio, nec specialis requiratur, posito etiam, ut in chirographo aliquid contra subscribentem contineatur, tenuit Ias. in *d. §. Grisogonus. num. 8.* Et exemplificando inquit sufficere, tamen si subscribatur, Ego talis approbo omnia subscripta, & ideo subscripsi. Et ratio est, quia idem operatur genus in suo genere, quod species in sua specie. *l. si duo. ff. de administr. tut. & l. si chorus. in princ. ff. de leg. 3.* & ita inquit tenuisse iterum Angel. Imo. Paul. Castren. Aret. & Ias. Alex. in *d. §. Grisogonus. & Bal. in aurb. si quis in aliquo. Cod. de eden. & rursus Bal. in l. que dotis. ff. sol. matr. vbi etiam Alex. in col. penult. in fi. & Pet. de Anchar. in consil. 234. prius de viribus probationis & Alex. in consil. 147. ponderatis his, de quibus in themate sit mentio, col. 2. vol. 2.* Hic enim omnes contra Bar. tenent, & contra eum magis communem esse opinionem attestantur, ut refert Ias. in *d. §. Grisogonus. num. 9.* Imola autem, ut refert Alex. in loco prædicto, has duas valde diversas, imo contrarias opiniones ita distinguendo concordare conabatur. Aut enim inquit ipse, constat, subscribentem omnium, quæ supra in chirographo subscribendo descripta sunt, notitiam habuisse: & tunc procedat & verior est opinio Bal. & Angeli, de qua supra loquuti sumus: Aut vero notitiam tamen non habuisse apparet omnium descriptorum, & eorum præsertim quæ eius præiudicium continent: & tunc procedat alia opinio, de qua supra, ut scilicet in subscriptione specialiter omnia descripta referantur, alioquin generalis subscriptio non præiudicat, cum in dubio ad ea referenda non videatur, quæ in eius præiudicium tendunt. At si simus in dubio, quia de notitia subscribentis non constat, circumstantias attendendas & considerandas esse existimat: Nam si dicatur in subscriptione, visis & lectis omnibus superscriptis; ut eorum notitiam subscribens habuerit existimandum est, argumento *l. fin. Cod. plus vale. quod agit. a contrario sensu.* Et idem quoque censet, si subscriptio prædicta non contineat, & subscribens testibus quod contenta in chirographo non legit, probare possit. Testibus autem id probare videtur, si testes deponant, eum adlatum ad se chirographum statim ad partis petitionem & instantiam subscripsisse: tunc enim, inquit ipse, generalem subscriptionem ob id, quod videatur ignorasse, non præiudicare arg. *d. l. si.* Si vero non apparet, an statim vel intermisso aliquo tempore subscripserit: & tunc si constet chirographum penes se habuisse aliquo tempore, & tunc tamen scientia contentorum in chirographo præsumatur, argumento. *c. constitutus, cum*

cum ibi notatis, extra de testib. & ideo generalis subscriptio non nocet: Si vero rursus non constet, quod legerit, vel quod aliquo tempore penes se habuerit: non autem an statim subscripserit, vel non: & tunc existimat hominis qualitatē attendendam esse: ut puta si sit diligens, & diligenter negotia sua agere consueuerit: eo namq; casu, ut notitiam descriptorum in dicto chirographo habuerit existimandum esse, cum subscriptio licet ita generalis reperiatur: si vero subscribens sit aliquis, qui diligentiam in rebus suis & negotiis adhibere non consueuerit, sed potius negligentiam, & tunc secus dicendum sit. Verum, quicquid dixerit Imola in hac sua distinctione, a præcedenti communi opinione recedendum non videtur, & ideo generalem subscriptionem sufficere dicendum esset: cum ut notorium est, stylus & practica ita obseruet: & in eo fundatam esse credendum est, ut verisimile non sit eum qui subscribit, ignorare contenta in chirographo, cui subscribit, consuevit enim quilibet antea legere quam subscribat: unde cum præsumptio sit contra subscribentem, quæ in eum onus probandi reicit ipse contrarium probare debet, ut late diximus in tract. nostro de proban. morte, in c. & ideo ad ea, quæ ibi dixi, me refero.

Limitatur etiam hæc conclusio: ut dixit Castren. in d. §. Grisogonus, & in d. l. emptor. §. Lucius. ff. de pact. qui adducit text. in l. fideiussor. §. fin. ff. de pignor. Et dicit prædictam conclusionem esse veram, & procedere, quando quis consentiendi animo se subscribit: secus autem si ut testis se subscripserit, ut notatur in l. Caius. ff. de pignor. action. & ibidem voluerunt etiam Ang. Imola, Castren. Alexan. & Aret. & iterum Castren. in l. Titia. cum testamentum. §. Lacio. in versic. ut testis adfuit. ff. de leg. 2. Et hanc limitationem ponunt Salic. & Castren. in d. l. emptor. §. Lucius. ff. de pact. per ea, quæ voluit glos. in l. Caius. ff. de pignor. action. & Bar. in l. sicut. §. non videtur. ff. quibus modis pignor. vel hypoth. solua. vbi subdit Bar. idem dicendum esse, cum quis se subscribit ut notarius: & idem tenet Bar. & sequuntur alii in l. quæ dotis, in fine. ff. soluto matrimonio. & dicit etiam Ias. in d. §. Grisogonus, esse optimum text. in l. si pater, vbi tradit etiam Bal. C. de fideiuss. ibi, per tabulas obligationis ut testis obsignauit, per hoc sibi non præiudicat. & ad idem est text. in c. ex literis, vbi gl. & late tradit Abb. extra de transact.

CAP. LXV.

ARGUMENTVM.

Subscribens scripturæ non lectæ, non præiudicat sibi.

SUMMARIA.

- 1 Subscriptio non obligat, quando quis subscribit se scripturæ, seu chirographo non lecto, nec intelligitur probare contenta in eo.
- 2 Subscribens per cadulam seu chirographum vacuum non dicitur probare ea, quæ deinde in eis scribuntur.

Secundo limitatur præcedens conclusio, quando quis scripturam seu chirographum non lectum subscribit: tunc enim sibi non præiudicat. d. l. fin. C. plus vale. quod agitur. vbi Bal. ad hoc notat il-

lum text. inferens ad Doctores, qui consilia aliorum Doctorum, quæ non perlegerunt & considerarunt, se subscribunt, prout etiam iterum voluit Castren. in consil. 350. de casu presenti sui requisitus. per text. in d. l. fin. & in l. 2. C. de re alien. non alienan. & est text. vbi tradit glos. in d. l. Caius. ff. de pignor. actio. & in l. 1. §. sed & si mādauerit. ff. quod ius. & in c. si quis presbyterorum, extra de reb. alien. non alien. Vnde etiam inferunt ad illud, quod sæpe accidit, videlicet, quod cum quis per cadulam vel chirographum vacuum subscribit, ea probare non dicitur, quæ deinde in eis scribuntur: Quo fit ut Domini & Principes, qui huiusmodi cædulas seu chirographa subscribunt, suisque sigillis obsignant: nisi prius sciuerint, quæ in illis scribenda sint, ea confirmasse non intelligantur, quæ deinde scripta in eis fuerint. Et ratio est, quia eorum notitiam non habuerunt. d. l. fin. & notat Inno. quem alii sequuntur, in c. 2. extra de fide instr. & sequitur etiam Ang. in l. sciendum, colum. 1. ff. de verb. oblig. Hæc tamen limitatio, ut supra diximus, procedit & locum habet, ubicunque subscribens probauerit se deceptum, vel eorum, quæ in cedula seu chirographo continentur, notitiam non habuisse. Nam Bar. in l. 1. §. si quis neget, col. penult. in fi. ff. quemad. testam. aperian. vult, ut ille qui subscripsit instrumentum, si illud impugnare velit, probare in subscriptione deceptum fuisse omnino teneatur: ob id quod cum illi cedula seu chirographum ostenderetur, ut aliud contineret quam quod scriptum deinde reperitur, ei dictum fuerit: ac etiam illud non legisse, per text. in d. l. fin. C. de plus vale. quod agit. & in d. l. 2. Cod. de reb. alien. non alien. & sequitur Castren. in d. consil. 350. vbi inquit, subscribenti cædulam, chirographum vel instrumentum, ex quo potuit ea legere, vel legi mandare, onus probandi, ut supra diximus, quod non legerit, vel legi mādauerit, incumbere, ut late tradit etiam Ias. in d. §. Grisogonus, num. 14.

CAP. LXVI.

Argumentum est in Summario.

SUMMARIVM.

- 1 Subscriptiones iudicum, sententiarum vim non habent.

Tertio limitatur, ut inquit Ias. in d. §. Grisogonus, num. 15. in per subscriptionibus iudicum, propterea quod vim sententiarum non habent, & ideo vi statuti, de quo supra, executionem paratam non habeant, ut voluit Bal. in additione ad Speculum, in tit. de senten. in vlt. car. in fi. versic. subscriptiones etiam iudicum, arg. l. penult. C. commi. vel episto. & declarat rex. in l. 2. C. de sent. ex pericul. recitan. & in c. fin. in verbo, scripti recitatione, de re iudic. in 6.

CAP. LXVII.

Argumentum est in Summario.

SUMMARIVM.

- 1 Statuto disponente, ut instrumentum scriptum manu illius, qui originale confecit, paratam executionem habeat, an exemplum sumptum iudicis autoritate eandem executionem habeat.

Quæritur etiam, si $\dagger$ statutum ut instrumentum scriptum manu eiusdem, qui de eo fuit rogatus, & originale confecit, paratam executionem habeat, an exemplum sumptum iudicis auctoritate eandem executionem paratam habeat. & hæc de re loquens Curt. in *auth. si quis in aliquo num. 15. C. de eden.* dicit eam non habere, *per ea quæ tradit Bar. post gl. in l. probatorias. C. de diuers. offic. lib. 12.*

C A P. LXVIII.

A R G V M E N T V M.

Instrumentum mutui vi statuti executiuum, an tale sit continens solam confessionem.

S Y M M A R I A.

- 1 Statutum si disponat instrumenta mutui exequenda esse: an quis possit petere executionem alicuius instrumenti, quod solam confessionem contineat.
- 2 Statuto disponente, ut instrumenta habeant executionem paratam, an exequatur instrumentum continens contractum nullum.
- 3 Iuramentum de iure communi habet executionem paratam.
- 4 Contractus principalis, si sit nullus, pariter constitutum & præceptum in eo appositum nullum est.
- 5 Ex confessione quod via executiua agi non possit.

Quæritur præterea, stante statuto $\dagger$ disponente instrumenta mutui exequenda esse, an illius instrumenti executio peti possit, quod solam confessionem continet? In hac dubitatione Paul. Castrensis in l. 1. §. si quis, num. 5. ff. de verbor. obligatio dicit posse. Verum ut hæc dubitatio magis elucescat, animaduertendum est ad verba Bar. quæ in d. §. si quis aliter à Doct. diuersimode interpretantur. Dicunt enim ipsi, Bar. loqui quâdo statutum disponit $\dagger$ instrumenta garantigiata executionem paratam habere, & velle in eo casu, ut instrumentum continens contractum nullum exequatur: Et id, ut inquit Alexan. ibi, num. 29. & 30. simpliciter non procedit, sed à verbis statutorum pendere: Quandoquidem subdit ipse, & nos etiam supra ad aliud propositum attigimus. Aut statutum ait instrumenta propter præceptum garantigiæ executioni mandanda esse: & tunc licet contractus in eo celebratus sit nullus, executioni tamen demandandum esse, argum. l. posthumus. §. si quis ex his. ff. de inoffic. testam. & l. cum putarem. ff. famil. ercisc. Aut statutum dicit contractum propter præceptum garantigiæ exequendum esse, & tunc quia respicit contractum, & contractus est nullus, merito executioni non mittetur, ut notat Bar. in l. Diuus. ff. de testam. milit. & in l. 1. §. parui. ff. quod vi aut clam, & est tex. in l. 4. §. condemnatum. ff. de re iud. & declarat latius Alex. in d. §. si quis. & ibidem Alciat. num. 56. At Ias. ibidem primum aliter intelligit verba Bar. & deinde eius & aliorum, qui eum sequuntur opinionem reprobant. Primum enim inquit putare aliam fuisse Bartoli intentionem dum inquit, verba talis statuti diligenter consideranda esse: videlicet, quod aut verba statuti circa instrumentum garantigiæ executionem concedentis omnem cuiuscunque nullitatis exceptio-

nem excludit, & tunc etiam ex contractu inutili viam statuti executiuam intentari posse: at secus si verba statuti expresse omnem exceptionem nullitatis non excludunt. Verum non obstante hac sua interpretatione, subdit Ias. contra Bart. plurimum obstare illud, quod dicitur, ex contractu inutili agi non posse. Nam quomodocunque loquatur statutum, etiam si disponat contra instrumentum garantigiæ nullam prorsus exceptionem opponi posse: tamen semper eam exceptionem opponi posse, quæ ab inhabilitate personæ in instrumento contentæ prouenit, & nunquam personæ inhabilitatem reiectam censi, ut inquit Ioan. Andr. in addit. ad Speculum in tit. de senten. §. ut autem, circa princ. Exempli gratia, si in instrumento de contractu cum surdo celebrato tractetur, & notarius in ipso instrumento apponat stipulationem: utiq; ex qualitate hominis apposita, stipulatio nulla pparet: & ideo impossibile est, ut executioni demandetur. Præterea, subdit ibidem Ias. id ex eo confirmari, quod $\dagger$ iuramentum de iure communi, uti sententia paratam executionem habet. l. sed & si possessori. §. si. vbi Bar. & alii notant. ff. de iureiur. & rursus Bar. in l. 2. in fin. eodem tit. cum concordantibus. Attamen his non obstantibus, executio impeditur, si ille qui huiusmodi iuramentum detulit, inhabilis sit. l. tutor. §. prodigus. & ibi notatur. ff. de iureiurand. Iterum etiam contra Bartolum facere ait, quod si contractus principalis in instrumentum redactus non valet: pariter etiam præceptum garantigiæ in eo appositum non subsistit, ut notant Bar. in l. si absente, in fin. ff. si cert. petat. per text. in l. fin. ff. de constitut. pecu. licet Alexan. ad illum tex. respondere conetur. Confirmatur, quia $\dagger$ si contractus principalis est nullus, pariter etiam constitutum & præceptum in eo appositum nullum est, ut inquit Bal. in l. ex testamento. Cod. de fideicommiss. & idem Bal. in cap. 2. in tit. de feu. dato in vicem leg. commiss. & est gloss. notabilis in l. si patronus. §. patronum, in verbo, Saluiana. ff. si quid in frau. patr. quæ vult, quando rescinditur vel annullatur principalis contractus, promissionem etiam euictionis & pene annullari. & sic videtur Ias. ibidem loqui in terminis, de quibus ibi per Bar. quando scilicet contractus est nullus ex defectu inhabilitatis, ut puta quia per viâ stipulationis cum muto & surdo celebratus sit, qui stipulationis inhabiles sunt. Præterea Lancel. etiam Galiau. in d. §. si quis ita, numero quinquagesimo. tenet, ut ex confessione $\dagger$ via executiua agi non possit: Sed ordinaria, & sic certi conditione ex mutuo extra instrumentum probando tamen mutuum, ea confessio in instrumento contenta.

C A P. LXIX.

A R G V M E N T V M.

Instrumenta confessionata vi statuti executiua, an talia sint vbi confessio non apparet.

S Y M M A R I A.

- 1 Statutum si disponat, instrumenta à confessione continentia executionem paratam habere, & confessio non contineatur in instrumento: an executionem paratam habeat.
- 2 Scri-

- 2 Scriptura etiam quod sit de forma, si fortasse amittatur, testibus probari potest.
- 3 Scripturam interuenisse & contenta in ea si probetur, perinde est ac si scriptura ipsa appareret.

QVaritur etiam si fortasse statuto disponatur, ut instrumenta confessione continentia executionem paratam habeant: confessio autem in prædictis instrumentis non contineatur, an habeant executionem paratam? Quia in re Philippus Franchus in c. motu proprio, num. 9. de præben. in 6. inquit Bal. hinc inferre ad statutum & dicere, quod ex quo tale statutum de forma videtur, executionem paratam non habeat, prout velle etiam videtur in d. c. motu proprio, Ancharan. Verum, quicquid sit in prædictis, illud notandum est, ut supra etiam diximus, quod quocumque modo res vertat, siue scriptura sit de forma, siue de substantia actus, si ipsa scriptura interuenierit, sit autem amissa quin id testibus probari possit, dubium non esse, ut habetur, in c. cum olim essemus, de privileg. in 6. & tradit Bar. in l. 2. §. Diuus. ff. de iure fisci. dum vult, si ut si scripturam interuenisse probatum sit, de eis quoque quæ in ipsa continentur, perinde dicendum sit, ac si de ipsa scriptura appareret, ut voluerunt Bal. & Angel. in l. edicto. Cod. de edicto diui Adrian. tollend. cum similibus.

C A P. L X X.

Argumentum est in Summario.

S Y M M A R I U M.

- 1 Statutum disponens ut publicum instrumentum & scriptura priuata recognita habens certum terminum ad soluendum ad libitum creditoris executioni mandetur etiam à captura ipsius debitoris incipiendo: an locum habeat si solutioni dies certa appositam sit, cum pacto ut actor ante diem rem certam reddere debeat.

QVarit etiam Ang. in l. ita stipulatus, num. 2. ff. de verb. oblig. si extet statutum disponens si publicum instrumentum seu priuata scriptura quendam terminum solutionis habens ad libitum creditoris etiam à captura ipsius debitoris incipiendo: an locum habeat, si solutioni dies certa appositam sit, cum pacto ut actor ante diem rem certam reddere debeat? & dicit locum non habere, ex quo huiusmodi pactum terminum conditionalem continet: & id inquit esse valde notandum.

Limitatur autem prædicta conclusio, si post terminum constitutum ad libitum creditoris soluere promiserit, propterea quod huiusmodi verba termini certitudinem non immutant, ut est tex. in l. si stipulatus sim mihi à Proculo. ff. de verborum obligationib.

C A P. L X X I.

A R G V M E N T U M.

Instrumentum vi statuti executionum, an operetur ne corpus debitoris sepeliatur.

S Y M M A R I A.

- 1 Statutum si disponat instrumenta confessionata exequi debere pro libito creditoris qui huiusmodi instrumentum confessionatum habet: an mortuo debitoris possit creditor autoritate iudicis curare, ut reuineatur corpus mortuum sui debitoris quousque illis satisfiat.
- 2 Corpus mortuum, an pro debito retinere possit, & sepultura impediri.
- 3 Appellans ne corpus sepeliatur, non auditur.
- 4 Spoliatus ante omnia restituendus est.
- 5 Spoliatus quod ante omnia restituendus sit, quando non procedat.
- 6 Attentati remedium pinguius.
- 7 Heres pro honore defuncti non molestatur, nisi elapso septimo die.
- 8 Usurarii manifesti sepultura quousque satisfaciat creditori, impediri potest.

Rursus in l. ita stipulatus, num. 2. ff. de verb. obligat. Querit Ang. si extet statutum si disponens ut publicum instrumentum, seu scriptura priuata recognita, quæ quoddam tempus ad soluendum determinatum habet pro libito creditoris instrumentum confessionatum habentis: an mortuo debitoris possit creditor autoritate iudicis curare, ne corpus mortuum si debitoris sepeliatur, quousque ei satisfiat: In hac questione, ut creditor id facere possit, arbitratur, & de hac Ang. conclusione meminit Felin. in c. sicut Iudai, num. 2. extra de Iude. & Saracen. versic. vnde dixit Specul. Qui tamen Felin. ibidem subdit, id de æquitate verum non esse censere, ut voluerunt Domini Rotæ in decis. 154. cum partes litigarent, in nouis. Quos sequitur Domin. à sancto Gemin. in c. non solum, in si de appell. in 6. licet dicant secus esse de rigore iuris, ut inquit Hostien. in c. cum liberum, extra de sepult. & est tex. in l. sunt persone. ibi, ne insepulta corpora iacerent. ff. de relig. & sumpt. funer. & in l. si quis sepulchrum, in princ. & in l. ne corpora, eod. tit. Et ideo dixit Speculator in tit. de appell. §. in quibus, num. 8. quod non auditur creditor appellans, si ne corpus debitoris sepeliatur, quia id dilationem non recipit, & de hoc facit mentionem Hippol. Marf. in l. qui sine, num. 54. ff. de questio. & iterum in singul. 199. & in l. si in singulis, colum. 7. versic. adde hic notabile verbum. ff. de annu. legat. Et ego alias de his nonnulla dixi in d. l. ne corpora, num. 1. & 2. ff. de relig. & sumpt. funer. autoritate Salicet in l. in si. per illum tex. C. de sepulchr. viola. concludendo creditorem non posse mortuum retinere etiā pro debito. Quia quidem ratione dicunt Doct. quod licet regula sit vulgatissima, ut spoliatus si ante omnia & in primis restituendus sit, ut habetur in l. si quis à se fundum. C. ad l. Iuliam de vi. & in c. reintegranda. 3. quest. 1. & late tradit Alexan. in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquir. poss. ut ampliat Felin. Hanc conclusionem ampliat Felin. etiam si mortuus vi sententiæ ex delicto vel quasi restituere teneatur, morte autem preuentus obierit, prout dixit idem But. in c. ex parte, i. circa finem, extra de sepult. licet aliter dicat Archid. in §. sunt quorum. 2. quest. 5. & in c. qua fronte, de appellat. Attamen primum limitatur, si quando sacerdos corpore mortuo spoliatus esset, quod iam sepulchrum sit, & id ut euitetur corporis humani vexatio, etsi in aliis secus sit, ut inquit Innoc. in d. c. cum liberum, extra de sepult.

sepult. Et ita in facto iudicatum fuisse asserunt Domini Rotæ in decis. 303. item notat gl. in antiquis. Et id locum habere voluerunt non solum, si agatur in terdicto recuperandæ, sed etiam via t attentati: Quod remedium pinguius sane est, ut inquit Innoc. & sequuntur alii in c. cum dilecti. extra de maio. & obed. & ita in proposito dicunt Domini Rotæ in decis. 154. cum partes litigant, in nouis. Imo, ut refert Felin. in eodem loco. Bar. in l. 2. §. confestim. ff. ad Senatuscons. Tertul. voluit ut in honorem defuncti hæres t quo ad debita non molesteretur, nisi septimo die petacto, ut notat etiam Anton. à Butrio in c. ad hac, extra de authorit. & vsu pal. & probatur in §. inuenimus, in Auth. ut cum de appell. cognos.

8 Secundo limitatur præcedens conclusio t in vsurario manifesto per tex. in c. quanquam, de vsur. in 6. ubi expresse disponitur vsurariis manifestis Ecclesiasticam sepulturam, & si suo testamento mandauerit vsuras restituat: id verum est quouique fuerint restituta.

CAP. LXXII.

ARGVMENTVM.

Instrumentum vi statuti executiuum an tale sit filio obligato de peculio contra patrem.

SUMMARI A.

- 1 Statutum si disponat, ut instrumenta sicut sententia contra debitores executionem paratam habeant: an instrumentum in quo filius est obligatus contra patrem de peculio habeat paratam executionem.
- 2 Executio instrumenti, an peti possit contra fideiussorem nominatum in instrumento.
- 3 Scriptura beneficio non vitur, qui in ea nominatus non est.

D Vbitauit in prædictis las. in l. cum filius familias seruum, num. 9. ff. de verbor. obligat. cum Socino ibi, stante statuto disponente, t ut instrumenta contra debitores vi sententiæ executionem paratam habeant: an instrumentum, in quo filius est obligatus contra patrem de peculio, vel ad peculium, executionem paratam habeant? Et tandem concludentes dicunt huiusmodi executionem non habere, ea ratione quod pater in instrumeto de peculio profectio facto nominatus non est, & ita dicunt in facto iam consultum vidisse, ut in similibus notat Ang. in l. reos. §. cum in tabulis. ff. de duob. reis. Secus tamen esse subdit ibidem las. in fideiussore, t qui in instrumento nominari solet: nam contra eum instrumenti executio peti potest. Ad text. autem in l. si & condemnatus. ff. de noxal. actio. dicit illum de iure communi procedere: rat secus esse in huiusmodi statuto ita exorbitanti. Quod sane stricti intelligendum est, & ideo ad patrem tacite subintellectum & tacite de peculio à lege obligatum extendi non debere, comprobant prædicti hanc conclusionem iis, quæ notat Barr. in l. ad probationem. C. de probatio. ubi inquit Bal. eum, qui in instrumento nominatus non est, eius commodum consequi non debere. Vnde est, inquit las. ibidem, ut sape dicant aduocati, instrumentum non loquitur de re. & idem voluit Bal. in c. venerabilem. colum. 6. extra de electio. & in c. Rodul-

phus. colum. 3. extra de rescriptis. & Angel. in l. si bene. ff. de iniusto, rupto, irritoque facto testam. dum ait per illum text. eum beneficio & commodo scripturæ uti non posse, qui in ea nominatus non est. Vnde etiam dicunt contra patrem non descriptum in instrumento garantigato, contra eius filium confecto instrumentum illud locum non habere.

CAP. LXXIII.

ARGVMENTVM.

Testamenta vi statuti [ut sunt] executiua an iuris interpretatione restringantur.

SUMMARI A.

- 1 Statuto si caueatur, ut omnia testameta eo modo quo extant executioni mandentur, an huiusmodi statutum iuris interpretatione restringatur.
- 2 Statutum disponens super ampliatione iam concessorum interpretationem restrictiuam non recipit, & id quomodo intelligatur.

Q Vartit præterea Bal. in l. milites, num. 4. versic. ex prædictis potest argui. C. de testam. milit. si fortasse, ut est Venetiis, statuto t caueatur, omnia testameta, eo modo, quo extant executioni demandanda esse: an huiusmodi statutum iuris interpretatione restringatur? & dicit restringendum videri, per text. in l. verbis legis. ibi, sed interpretatione. ff. de verbor. significatio. Subdit tamen ibidem Bal. contrarium verius esse: quia si statutum t disponit super ampliatione iam concessorum arctatiuam seu restrictiuam interpretationem non recipit: si vero super prohibitione prohibitorum disponat: & tunc in prohibitionis iure communi, statuto vero permissis generalis forma concessorum seruari debet. l. si quando. ff. de inoffic. testam. & probatur in l. 1. §. item nunciatio. ff. de noui oper. nunciat. Ex quo igitur huiusmodi statutum ius commune non refert, sed ampliat, ex quo Veneti iure communi viuere nolunt, iuris communis interpretationem non recipiant: Et ideo concludendum ibidem, dicit Bal. idem de eis, quod de militibus dicendum esse: ut eorum testameta licet solemnitate iuris communis subfulta non sint, lege tamen Venetorum executioni mandanda sint. l. si sint. ff. de milit. testam. & tradit iterum Bal. in l. si non speciali. C. de testam.

Limitatur tamen præcedens conclusio, nisi secundum iuris communis dispositionem testarie legerint. Stultum tamen appellat illum testatorem qui imperitus cum sit, in eo se inuoluit, quod ignorat, ut notatur in Auth. sed nouo iure. in fin. C. de reb. cred. ff. si cert. pet.

CAP. LXXIII.

ARGVMENTVM.

Instrumentum vi statuti executiuum, an etiam forense tale sit.

SUMMARI A.

- 1 Statuto aut consuetudine si inductum sit, instrumenta executionem paratam habere, an in forense locum habeant.

- 2 Exequendi modus concernit processum, & ordinem procedendi, & ideo seruanda sunt statuta loci.
 - 3 Beneficium voluntarium vbi datur in concernentibus processum ad forenses non extenditur.
 - 4 Beneficium voluntarium non extenditur ad forenses, & num. 12.
 - 5 Statutum si inducat ex privilegio certum modum in iudicis obseruandum, forensis eo vti non potest, & quando & quomodo.
 - 6 Statutum permittens ad petitionem creditoris debitorem debitoris capi posse, non habet locum ad petitionem creditoris forensis.
 - 7 Statutum si disponat vt de damno dato in hospitio teneatur communitas, an commodum talis statuti vtatur forensis.
 - 8 Statuto si caueatur gabellam solui debere, an clerici contrahentes ad gabellas ratione contractus teneantur.
 - 9 Maritus forensis, an beneficium quo ad lucrum dotis vtatur, & alia vbi habetur.
 - 10 Statutorum respicientium res vel homines differentia, quo ad privilegia respectu forensium.
 - 11 Solemnitas requisita a statuto in procedendo, est semper etiam a forensibus seruanda.
 - 12 Statutum si disponat, illud ius forensibus reddendum esse, quod in eorum patria redditur subditis loci vbi viget tale statutum, tunc forenses beneficio illius statuti vti possunt.
 - 13 Statutum concedens beneficium forensibus, an intelligatur contra forenses alios tantum, an etiam contra ciues & alios subditos loci statuentium.
- 1 **Q**uari etiam potest, si statuto ꝑ caueatur, vel consuetudine introductum sit, vt instrumenta habeant executionem paratam, an etiam forensibus tale privilegium competat? Hac in re Ioannes Lecirier in tract. de primogenit. lib. 2. quest. 10. num. 9. inquit Socinus in consil. 231. alias 120. & in consil. 292. in princ. voluisse, huiusmodi privilegium forensibus non competere. Nec obstat arbitrat, si forte dicatur, ꝑ modum exequendi processum & procedendi ordinem respicere: & ideo statuta loci seruanda esse, vt dixit Baldus etiam in materia executionis, in l. a. versic. viso de iure persone. C. de summa Trinit. & fide catholic. & rursus idem Baldus in l. i. C. de confess. & est text. in l. nisi opinatores. C. de exaction. tribu. lib. 10. Nam respondet Socinus in d. consil. ꝑ in concernentibus processum, vbi datur beneficium aliquo voluntarium, illud ad forenses non extendi, & eo ꝑ forenses vti non posse, vt inquit Castren. in consil. 243. vbi expresse vult, statutum ꝑ ex privilegio certum & determinatum modum in iudicis seruandum inducens, ad forenses non extendi. Nam cum munera non subeant, pariter etiam vt commoda habere non debeant, conuenire videtur, argumento l. si vnus. §. si vnus. ff. pro socio. & tradit Ludouic. Roman. in consil. 222. alias 224. & Angel. in consil. 68. alias 73. per text. in l. i. in fin. ff. de tutor. & curat. datis ab his. & in cap. ecclesia sancta Maria, extra de constitution. At Ioan. Lecirier eodem in loco, auctoritate Roehi de Curte, distinguendo inquit, aut statuta vel consuetudines in rem scripte sunt: & tunc ex quo forenses non ligant, vt ex consequenti non noceat, dicendum est. Si vero in personam, & tunc quia ligant & nocet, ita etiam prosint. Et hinc sumpta occasione And. Barbat. in Rub.

extra de reb. eccles. non alienan. num. 134. inferens ad statutum ꝑ nostrum Florentinum, quod disponit ad petitionem & instantiam creditoris debitorem debitoris capi & carcerem duci posse: inquit illud non intelligi nec permittere, vt id ad petitionem & instantiam forensis fiat, & mouetur eadem, de qua supra potissimum ratione, videlicet quod quemadmodum constitutio quo ad onera & damna forenses non comprehendit, pariter etiam quo ad commoda, vt voluerunt Ang. & Rom. in locis ibi ab eo adductis. Et inquit facere illud, quod dixit Castren. in consil. 243. dum ait, quod si statuto ꝑ disponatur de damno facto in hospitio communitatem teneri: huiusmodi commodum ex eo statuto forenses non habere, per text. in l. fin. §. cum in secunda. C. de furt. ob id quod huiusmodi statutum in fauorem & commodum subditorum emanasse videatur: Subdit tamen ibidem Barbat. hanc conclusionem, licet vera sit, ad statutum tamen hoc accommodari non posse, eo quia in hospitiiis forenses versari consueuerint: & ideo statutum illud ea damna, quae facillime aduenis & peregrinis in hospitiiis inferuntur, respexisse. Retinendo tamen primam opinionem, vt ad forenses non extendatur: inquit eam comprobare per text. in l. si quis curialis, in versic. vltimus legem prodesse non patimur. C. de episc. & cler. & eo quod tradit idem Castren. in l. i. C. de contrahen. emptio. dum ait, quod si statuto cauetur, vt de quolibet contractu solvatur gabella, clericos tamen ad eius solutionem non teneri: Nam licet, vt ipse inquit, eos teneri dicendum videatur cum contractibus sine sua causa, suisque vinculis & qualitatibus vti non possint. l. in venditione. ff. de actio. empt. attamen quo ad clericos statutum gabellam imponens non subsistit, vt est text. in d. c. ecclesia sancta Maria. Bald. vero ibidem distinguendo dicit: Aut clerici statuti adminiculo super contractu disponentis vti volunt: & tunc non possunt, per ea quae norantur in nouella in cap. 1. de oper. noui nunc. Sed ibi loquitur de ecclesia, de qua infra dicemus. Preterea hanc conclusionem tenuit Roland. a Valle in tract. de lucro dotis, in quest. 36. num. 13. & infert ad questionem, ꝑ an maritus forensis beneficio statuti de lucro dotis vti possit? Et dicit illi huiusmodi beneficium non competere, per ea quae dixit Paris. in consil. 34. col. 3. volum. 3. & eandem conclusionem sequutus est iterum Roland. a Valle in consil. 79. num. 35. volum. 3. ea ratione, de qua supra, videlicet quod si statuta forensibus nocere non possunt, eis quoque prodesse non debent. l. cum qui. ff. de iust. & iure. & antea voluit Guido de Sura in suis quest. statutorum, in quest. incipiente, sed pone questionem, quem sequitur Alexand. in consil. 44. col. 3. in fin. volum. 5. Esset enim satis contra naturalem aequitatem, vt quis inde commodum consequeretur, unde nullam onus vel incommodum illi prouenire posset, argum. l. i. §. pro secundo, in fin. C. de caduc. tollen. & Ruin. in consil. 18. col. fin. volum. 5. Preterea Abb. in consil. 50. num. 4. videtur in terminis statuti Florentini & aliis similibus tenere, vt huiusmodi statutum aliave huiusmodi forensibus non prosint, vt voluit etiam Brunus in tract. de statut. excluden. foemin. in 6. artic. princ. colum. 1. per ea quae tradit Castren. in l. omnes populi, in fin. ff. de iust. & iure. & Rom. in consil. 227. ista captura, col. penul. & Angel. in consil. 73. quod dicta actio. & Bald. in consil. 460. Ioan. de Albinga. volum. 1. post Bart. in tract. de repressa. in 1. q. 5. part. principi.

- palis. Quæ quidem sine dubio procedere ait, cum statutum de aliquo effectu loquitur: qui directe personam respicit, † vt est in illis statutis, quæ dicunt, debitores ad soluendum esse compellendos. At secus si loquatur de eo effectu, qui rem ipsam respicit, quæ tamen in territorio ipsorum statuentium existat, vt patet ex iis, quæ dixit Angel. in consil. 73. vbi hanc distinctionem præsupponit. Bar. vero Castren. & Rom. in iis loquuntur, quæ personas non respiciunt, vt voluit etiam Angel. Vnde sequitur, vt si statuta rem principaliter respiciant, vt puta, quia de modo succedendi loquantur: magis communis Doctorum opinio sit, vt similia statuta indistincte nulla personarum distinctione inspecta, an sint subiectæ vel forenses, seruanda sint: Nec non etiam, an verba in rem vel in personam dirigantur: cum scilicet certum est, effectum ipsum rem respicere. vt concludit Anchar. in c. canonum statuta, in q. 12. princ. vers. quæro iuxta prædicta. extra de consil. post Cynum in l. cunctos populos, col. fin. & late Brun. in d. art. 6. princ. col. 2. 3. & 4. & Curt. iun. in consil. 5. col. fin. & Paris. in consil. 84. num. 45. vol. 1. Qui omnes reprobat Bart. in d. l. cunctos populos, quest. 7. in fin. Hac de re aliter loquitur Socin. sen. in consil. 120. num. 12. vol. 1. dicit enim posito vt litigans beneficii statutorum capax sit, aliud est quærere, cuius loci statuta seruanda sint, si forte debitum per instrumentum in alio loco contractum sit, quo casu loquitur Bald. in l. 1. C. nefilius pro patre. Aliud vero, an si statuta aliquid in beneficium forensium, eo vti possint, an vero ad ius commune recurrere debeat; concludit tamen beneficio huiusmodi vti non posse, sed ad ius commune recurrere debere: & ideo subdit, quod cum in casu, de quo ibi stante instrumento, duplex agendi via concedatur, vna agendi ordinarie: alia executiue, prout declarat Bald. post Bart. in l. plane ff. quod falso tut. auto. & tradit Lud. Rom. in consil. 300. alias 298. in casu proposito. si potest petere via ordinaria, beneficio vti nō poterit. Verum tamen est, quod si statutum † ad solemnitatem aliquam seruandam compelleret, & arctaret in procedendo obseruandam: illa semper seruari deberet, prout loquuntur etiam Doct. in d. l. 1. c. de summa Trin. Et ideo subdit, quod vbi statutum † etiam in concernentibus processum aliquod voluntarium beneficiū concedit, eo etiam forenses vti poterunt, vt in terminis inquit consuluisset Castren. in consil. 363. in Christi nomine, statutum suprarelatam. vbi expresse vult, vt cū statutum decernit aliquem modum vel solemnitatem in iudiciis, eorumque actibus: forenses eiusmodi statuti beneficio non vti, prout nec onera communitatis illius non patitur, vt ibidem num. 13. latius præsequitur Socinus.

CAP. LXXV.

ARGVMENTVM.

Statuti beneficium omnino competit forensi, si dispositum sit forensi id ius reddendum quod ipse reddit.

SVMARIA.

- 1 Statutum concedens priuilegia & beneficia, extenditur ad forenses vbicunque est ibidem aliud statutum, vt idem ius reddatur forensibus, quod ipsi

reddunt in sua ciuitate forensibus subditis talium statuentium.

- 2 Beneficium concessum à statuto late est interpretandum.
- 3 Ius reddere ad quid adaptetur.
- 4 Ius non solum refertur ad ordinem & confectionem processus, sed etiam ad decisionem causæ.

PRIMO limitatur prædicta conclusio in illis locis, in quibus extant statuta † vt forensibus reddatur idem ius, prout ipsi in sua ciuitate forensibus reddunt: Nam cum in eorum ciuitatibus beneficiis suorum statutorum vtantur & fruuntur forenses illius loci, de cuius statutorum beneficiis tractatur, vtique conueniens est, vt illi forenses qui huiusmodi statuta habent beneficiis aliarum ciuitatum vtantur & fruuntur, vt inquit Socin. in d. consil. 19. in princ. Et ideo dixit Riminald. senior in consil. 314. num. 29. vol. 2. vbi ex forma statuti alicuius loci idem ius forensibus reddendum est, quod ipsi in eorum patria forensibus reddunt: forenses quoque beneficiis statutorum eiusdem loci vti posse, dubium non est. cap. vt animarum, de consil. in 6. & l. fin. ff. de iurisdic. omn. iudic. & tradit Alexand. in consil. 11. num. 3. vol. 7. Et id maxime locum habet, cum in dicto statuto dicitur: quod si fideiussores de iudicio fisci dederint beneficiis & commodis dicti loci vti possint, & secundum ea statuta illis ius reddatur: prout inquit etiam Socin. iun. in consil. 292. num. 1. & 3. vol. 2. Cum beneficia statutorum non solum in modo procedendi & forma processus consistat: sed etiam decidendi, quia statuta quando generaliter loquuntur, generaliter intelligenda sunt. l. 1. §. & generaliter ff. de leg. præst. & l. de precio. ff. de public. Et præsertim, quia verbum beneficium, † à statuto prolatum, late intelligendum est, ita enim suadet verbum ipsum. l. 1. ff. de constitut. Princ. & l. beneficio legis ff. ad legem Falcid. & est text. in c. 1. in princ. in tit. de milite vasal. qui cont. Ibi enim apparet aliquid magis intrinsecum importare quam sit simplex procedendi ordo, cum aliquid aliud ultra fundi possessionem denotet: Idem quoque multo magis dicendum est, si fortasse in statuto dicatur, & eius † reddatur secundum ipsa, vt sepe in eis dicitur. Ius namque reddere non refertur tantummodo ad ordinem & modum procedendi: sed etiā ad causæ decisionem, quæ agitur, vt videtur text. satis clarus in l. 2. §. eodem tempore, & in §. diuus deinde Augustus, vers. ergo ex his omnibus. ff. de orig. iur. ibi dum dicitur, magistratus iura reddant, & alibi ædiles in ciuitate iura reddant, est etiam de hoc text. in l. penult. §. prator quoque ff. de iustit. & iure. ibi prator decernendo, & c. Cum igitur ius reddant, vt ad decisionem referatur, necesse est, vt ex illis locis manifeste apparet, & clare declarat glos. Facit, quia reddere ius & ius dicere, idem est: sed dicere ius, † non solum ad processum, sed ad decisionem quoque illius, super quo ius dicitur, refertur, vt est text. in l. 1. in princip. ff. quod quisque iuris. & in d. l. 2. §. Diuus, in princip. eodem tit. & tradunt Doctores in l. prima, in principio. ff. de iurisdic. omn. iud. Accedat etiam ad confirmationem prædictorum, si forte in statuto addatur, quod si forensis neglexerit satisfacere, vt statutum exigit, ei tantummodo ius secundum ius commune reddatur: sed in tali casu dubitari non potest, quin & quo ad processum & decisionem

ius

ius secundum communem dispositionem reddi debeat: Nam si à iure statutorio excluderetur, solum ius commune superesset; ergo secundum illud & procedendum est, & causa decidenda: Nam si quo ad processum tantum beneficiis statutorum loci, ubi iudicium agitur uti deberent, & in causâ decisione excluderentur: Certe multo magis quo ad modum procedendi excludi dicendum esset: Quia si id, cuius ratio magis urget ut in sit, non inest, ergo minus inerit, id de quo non solum minor, sed nulla ratio militat. *authent. multo magis. C. de sacrosanct. eccles.* Ergo & illa verba statuti prædicti, ut secundum statuta ei ius reddatur, eo scilicet modo intelligi debent, videlicet tam quo ad processum, quam ad causâ decisione, ut eadem verba in eadem decisione diuerso modo capiuntur. *l. qui ades. in princ. ff. de vscap.* tum etiam, quia vna pars statuti aliam declarat. *l. vtrum. ff. de petitorio. hered. & l. qui filius. in princ. ff. de leg. 1. & l. si seruus plurium. §. fin. eodem tit. cum vulgaribus.*

Secundo loco limitatur hæc conclusio, ubicunque in eo loco, ubi extat huiusmodi statutum, extaret etiam aliud disponens, ut forenses qui dederint fideiussores de iudicio fisci beneficio statutorum dicti loci uti possent, ut inquit Socin. *sen. in consil. 19. num. 1. & 2. vol. 3.*

C A P. LXXVI.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

- 1 Statutum si concedat beneficium & privilegium forensibus: an intelligantur concessa contra forenses tantum, an etiam contra ciues ipsius ciuitatis.

POtest hoc loco dubitari, si extet & statutum concedens beneficium vel privilegium suum forensibus, an contra alios forenses tantum, vel etiam contra ciues eiusdem ciuitatis intelligendum sit? Quia in re ex prædictis concludendum arbitror, ut etiam contra ciues eiusdem ciuitatis intelligendum sit, ut satis confirmari videtur, licet in diuersis terminis loquatur, ex iis, quæ tradit Alex. in *consil. 111. num. 7. vol. 7.* autoritate Anchar. in *cap. canonum statuta, quest. 12. in princ. versic. quæro iuxta prædicta de questione tali cauetur statuto. Tuderri.* Vbi voluerunt matrem Vrbeuetanam successionis privilegio contra ciues Tudertinos uti. Faciunt etiam ea, quæ in his terminis dixit Lopus à Castellionchio in *decis. 101.* præsupposito clericos pro forensibus haberi, & ex consequenti statutis laicorum non subiiciantur, & Abb. in *d. consil. 50.* dum vult iuxta statutum Vercellense, maritum dotis dimidium lucrari, & agnatos paternos proximiores aliud dimidium, vbiunque; accidat muliere forensi nubere. Et hanc conclusionem credo verissimam, quam habui in facto in quadam causâ cuiusdam nobilis de Buongiolamis. Nam cum Florentiæ decederet quidam eius familiæ, qui ciuis Floræ inus effectus iam erat quidam eiusdem familiæ licet forenses ex Eugubio oriundi ex privilegio statuti nostri *sub Rub. Qualiter mulier ab intestato succedat*, tanquam agnati infra octauum gradum ad portionem dictæ hereditatis contra nonnullos ciues Florentinos admissi iudicum sententia fuerunt.

C A P. LXXVII.

A R G V M E N T V M.

Instrumentum vi statuti executionum an tale sit si extra locum statuti confectum.

S V M M A R I A.

- 1 Statutum, quo cauetur ut instrumenta publica & liquida habeant executionem paratam, an locum etiam habeant in instrumentis confectis in aliis locis, ubi non extat tale statutum: si tamen ubi extat exequenda sint.
- 2 Statutum loci inspicitur in his quæ respiciunt ordinem iudiciorum, ubi sunt instrumenta.
- 3 Statutum si disponat, ut instrumenta sine aliquo libello executionem paratam habeant, & quod nulla exceptio peremptoria opponi possit, tunc respiciat executionem, aliter non.

QVaritur etiam hoc loco, si extet aliquo in loco statutum, & ut puta Bononiæ vel Venetiis concedens instrumentis liquidis & garantigatis executionem paratam: Quæ eam de iure communi, ut supra diximus, non habent, & est text. in *l. minor 25. annis, cui fideicommissum. ff. de minor.* An si aliud instrumentum in alia ciuitate confectum sit, in qua huiusmodi statutum non extet, paratam habeat executionem? Hac de re meminit Rolandus à Valle in *consil. 48. num. 6. volum. 3.* & inquit: si huiusmodi instrumentum producat in ciuitate, ubi extet tale statutum executionem paratam instrumentis concedens, eam omnino habere, & ratio est, quia in iis, quæ iudiciorum ordinem respiciunt, statutum & illius loci, ubi iudicium agitur, etiam quo ad forenses attendendum est, ut inquit Bald. in *l. prima. colum. 4. C. ne filius pro patre. & l. vnica, in fine, C. de confess. & Paul. Castrens. in l. 2. C. quemadmodum testament. aperiant.* Nec ob stare dicendum est, si forte obijciatur, huiusmodi statutum executionem respicere, non autem ordinem: Qua responderi lason obiectionem procedere, & si statutum disponat, instrumenta etiam sine vilo libello executionem paratam habere: nullamque peremptoriam exceptionem opponi posse: tunc enim huiusmodi statutum executionem respiceret. Secus vero si disponat, ut supra. Hanc conclusionem sequitur etiam Marsilius in *l. fin. num. 60. ff. de iurisdic. omn. iudic. & Petr. de Bellaperti in l. cunctos populos. nu. 14. C. de sum. Trin. & fide cath. ubi Caccial. nu. 107. inquit: Si aliquis instrumentum eo in loco, ubi extat huiusmodi statutum, conficiat: & ubi non extat, conueniatur, hanc executionem paratam non habere: sed seruandū esse statutū seu consuetudinem illius loci, ubi conuenitur & iudicium agitur, & ideo si eo in loco extet statutum vel consuetudo, ut ordinarie agatur, executiue vi statuti illius loci, ubi instrumentum confectum est, agi non poterit, & ratio est, quia in iudicio quasi contrahitur. *l. 2. §. idem scribit. ff. de pecul.* Et ille quasi contractus, qui nascitur in loco, ubi non extat tale statutum, secundum statuta & consuetudinem illius loci & fori regulari & regi debet, cum ab eo iudicio & foro esse & substantiam recipiant, cum enim ordo iudicii in officio mercenario consistat, merito iudex, qui exequitur secundum dispositio-*

nem

nem legis, cui subest, illud impartiri tenetur: tum etiam quia processui accedunt, & ideo secundum locum processus executionem facere debent, vt inquit Bald. in d. l. cunctos populos, colum. 25. versic. ex hoc infero.

C A P. LXXVIII.

A R G V M E N T V M.

Statuta quæ attendi debeant, vbi agitur coram delegato.

S Y M M A R I A.

- 1 Statutum concedens executionem paratam coram delegato, an procedat coram ordinario iudice.
- 2 Delegatus iudex debet cognoscere causam eo modo & forma, qua cognita fuisset, si delegata non fuisset.
- 3 Statuta loci regulariter non ligant non subditum.
- 4 Iudices delegati non tenentur, nec ligantur forma statutorum disponentium de iurisdictione.
- 5 Iudex delegatus in modo procedendi non tenetur seruare statuta, quæ sunt in loco delegati: sed ea quæ sunt in loco delegantis.
- 6 Processus questio si oriatur coram iudice appellationis, seruatur statutum seu consuetudo primi fori: si vero de re & causa, seruatur illud ius, quod primus iudex seruare debebat.
- 7 Statuta, quæ primus iudex seruare tenetur: seruantur si questio de re vel causa est.
- 8 Ordo & modus procedendi coram quocumque iudice, siue delegato, siue ordinario: qui in loco iudicii seruatur, seruandus est: licet in decisorio locus contractus obseruetur.
- 9 Delegatus Papæ tenetur seruare leges municipales, quod est etiam verum in delegato Pontifici.
- 10 Delegatus Pontificis potest cogere partes ad compromissum.
- 11 Iudex appellationis, an debeat sequi consuetudinem loci, vbi iudex principalis causa tulit sententiam: an vero consuetudinem vel statuta loci litigantium: an propria illius loci, vbi de appellatione cognoscitur.
- 12 Statuta loci ligant non subditum quo ad decisoria, secus vero quo ad iudicii ordinaria.
- 13 Clericus qui agit coram iudice seculari, statuta & consuetudines curiæ secularis, quo ad ordinem procedendi seruare debet, etsi curia seculari subiectus non sit.
- 14 Clericus litigans in foro seculari ligatur à statuto disponente de exhibitione mandati.
- 15 Clericus litigans coram iudice seculari non potest appellare ante sententiam, nisi in causis à iure civili permixtis, secus in laico litigante coram iudice ecclesiastico.

Circa prædicta queri etiam potest, vt inquit Rolandus à Valle, quænam statuta, & cum causa agitur coram delegato, attendenda sint? Et in hac dubitatione maior videtur difficultas, an statuta quæ seruantur coram ordinario sint etiam attendenda coram delegato? & primo iugressu inquit dicendum videri delegatum in procedendo statutum vel consuetudinem loci delegantis & non ipsius delegati attendere debere, vt inquit Rolan. à Valle in consil. 49. num. 9. vol. 3. Qui primo ingressu dicit videri vt delegatus in procedendo statu-

tum vel consuetudinem loci delegantis seruare debeat, ex quo iure delegantis fungitur. l. 1. ff. de offic. eius, cui mand. est iurisdic. & habetur in l. si prator, eod. tit. & generaliter verum existimat Abb. in cap. significasti, num. 25. extra de foro compet. Et facit pro hac opinione non leuiter illud, quod voluit Abb. in cap. cum in veteri. num. 3. extra de electio. dum inquit delegatum & causam eo modo & forma, qua cognita fuisset, si delegatio facta non esset, cognoscere debere. At dubium non est, si causa remansisset apud delegantem & ab eo absoluenda esset, alia forma & modus in procedendo seruandus non fuisset, quam ille, qui est in foro delegantis; ergo pariter & idem à delegato seruandus est. Tertio comprobatur hoc modo statuta & loci non subditum non ligant. l. 1. in fin. ff. de tut. & curat. datis ab his. & tradunt Doctores in d. l. cunctos populos. & in l. fin. ff. de iurisdic. omn. iud. & supra diximus. Quarto ergo etiam loco inquit facere illud, quod notat Bald. in c. licet in corrigendis, in fin. extra de offic. ordin. dum inquit tex. in d. cap. diligenter, adnotandum esse pro literis, quas Reges & Domini quotidie suis officialibus & magistratibus scribunt: quandoquidem si sint delegati, & non tenentur ad formam statutorum de iurisdictione loquentium: si vero ordinarii: & tunc statuta locorum seruare tenentur, quibus præsent, vt sequitur etiam ibi Felin. colum. 2. in princ. versic. sed add. Præterea hanc conclusionem vt inquit Roland. ibidem, num. 12. tenuerunt Angel. & Ias. in l. 1. ff. de iniusto, rupto, irritoque facto testament. & in l. si prator. ff. offic. eius, cui mand. est iurisdic. vbi dicunt, cum proceditur & vt delegatus in modo procedendi statuta quæ sunt in loco delegati seruanda non esse: sed ea quæ sunt in loco delegantis, vt voluit etiam Brunus in consil. 20. col. 2. Quinto comprobatur hanc conclusionem per textum iunctis ibi notatis à Bald. in §. in causis, in titulo de pace Constans. vbi inquit, in 3. notabil. quod si coram iudice & appellationis de processu differentia oriatur, primi fori consuetudinem seruandam ab eo esse: si vero de re, vel causa, & illa statuta vel consuetudines: quæ primus iudex seruare tenebatur: & ratio est, quia id quod primus iudex tam inspecta iustitia & meritis causæ, quam fori consuetudinem facere tenebatur, idem quoque & iudex appellationis, qui ei succedit, vt confirmator, seu reformator facere & obseruare tenetur. Sexto dixit id probari in Authent. vt cum de appellation. cognoscit. in princ. dum ibi dicitur, iudicem appellationis eas leges seruare debere, quas iudex causæ principalis seruare debebat.

Prædictis tamen non obstantibus, Rolan. à Valle in d. consil. 49. n. 13. vol. 3. firmat contrariam opinionem: vt scilicet in iis, quæ respiciunt & concernunt ordinem & modum procedendi coram quocumque iudice siue ordinario, siue delegato statuta, siue consuetudines loci iudicii attendi debeant, & si in decisorio statuta & consuetudines loci, vbi contractus celebratur, vel iudicium motum est, attendantur. Hæc conclusio primo loco probatur iis, quæ notat Bald. in c. de causis, col. 2. versic. quæro, vtrū iudex delegatus, extra de foro compet. dum inquit, & delegatum leges municipales, vel statuta aut consuetudines Papæ seruare debere, vt inquit Hostiensis, nisi canonibus contradicant: & id memoriæ mandandum existimat: Et est ibi apostilla, quæ dicit in facto obrentum

10 obtentum fuisse, Pontificis † delegatum partes ad compromissum, iuxta formam statuti de compromissis faciendis, cogere ac compellere posse: etsi non deficerent quamplures aduocati, qui contrariam opinionem tenerent. Secundo inquit comprobari iis, quæ dixit Ioannes Andr. in Rubric. extra de consuetud. dum quærit, an † iudex appellationis consuetudinem loci, vbi principalis iudex sententiam tulit, sequi debeat, an vero loci litigantium, vel propriam illius loci, vbi de appellatione cognoscitur? Et distinguendo dicit: Aut quæritur quoad decisoria an consuetudo loci contractus vel delicti seruanda sit. *l. si fundus. ff. de euiction.* Aut vero quo ad præparatoria vel ordinaria iudiciorum, vt puta, an libellus in scriptis producendus sit, vel an debeat procedi summarie, Et tunc distinguit hoc modo: Aut enim iudex appellationis exactis præteritis, de quibus controuersia est, iudicare debet: & tunc consuetudinem & statuta illius loci, vbi principalis causa mota fuit, sequi debet, vt notat gloss. in cap. licet canon. in versic. de cetero, de election. lib. 6. Si vero de actis futuris controuersia sit, & ex eis iudicandum sit in loco vbi agitur causa appellationis: & tunc quo ad illa consuetudo & statutum loci, vbi agitur dicta causa appellationis attendendum est. *l. tertia, de testibus.* Et sequitur Alexand. in consil. 164. volum. 6. vbi inquit, si a sententia lata in castro Bononiensi ad reuerendissimum Legatum Bononiæ appellatum sit, ipsaque appellatio ab eodem reuerendissimo Legato cognoscenda & terminanda, alicui ex appellationum iudiciis commissa sit, statuta & consuetudinem illius ciuitatis attendendam esse: non autem statuta castri Bononiensis, vbi prima sententia lata fuit, etsi litigantes statutis ciuitatis Bononiæ subiecti non sint: Quia communis gloss. & Doct. conclusio est, vt supra saepe dictum fuit, in respectibus & concernentibus ordinem iudicii modumve procedendi, statuta illius loci, vbi iudicium agitur, attendenda esse: etiam si diuersa sint statuta patriæ & loci litigantium, & si aliter in decisoris dicendum sit. Terio loco inquit comprobari ex iis, quæ tradit Caccialupus in d.l. cunctos populos, numero 184. & Ioannes Andr. in d. Rubr. extra de consuetud. colum. penult. versic. Quid de delegato. vbi voluit, post Compostella: inter ordinarium & delegatum nullam differentiam esse: Quia in decisoris statuta loci, vbi contractus factus est, attendenda sunt; In præparatoris vero vel ordinariis statuta loci, vbi iudicium agitur, per text. in cap. cum venissent. extra de eo, qui mitti in possess. caus. rei seruau. Quarto loco hanc partem inquit tueri Alexand. in l. Joler. colum. 1. & ibi Decius num. 10. & Socin. colum. 1. & Curt. iun. in num. 4. ff. de iurisdic. omn. iudic. & Benedicti. Capra in conclus. 15. num. 46. & Calderic. in disputatione, quæ incipit, statuto. & latius in cap. quod clericus, & in cap. 1. extra de constitut. & Iacob. Niger in l. si Pretor, colum. 1. & Curt. iunior. colum. 1. versic. quo ad secundum effectum. ff. de offic. eius, cui manda. est iurisdic. & Butr. Imol. & Barbat. in d. Rubr. extra de consuetud. & Rochus de Curie in cap. fin. in quest. 16. versic. tertio amplia, extra eodem titulo, de consuetud. & Ruin. in consil. 83. num. 3. volum. 5. vbi inquit ad hoc adstrictum videri delegatum: non quidem immediate statuto ab inferiore condito: sed quia delegatus qui est superior, tacite ei commississe intelligitur,

vt statuta illius loci sequatur, vbi de causa appellationis cognoscit. Hanc præterea receptiorem Doctorum opinionem esse, firmat Alexand. in d. consil. 164. colum. 1. & Vantius in tract. nullita. in Rubr. ex defectu processus, num. 56. & respondendo iis, quæ supra in contrarium deducta fuerunt; Et præsertim quatenus pertinet ad casum nostrum: inquit quod licet statuta † loci ad non subditum non extendantur, illumve non obligent, nec ligent: id tamen quo ad decisoria verum esse, secus vero quod ad iudicii ordinaria. Nam in iudicio cum quasi contrahatur, d. l. 3. §. idem scribit. ff. de pecul. merito huius quasi contractus ratione ille, qui alias non erat subiectus, subditus fit. *l. heres absens. §. proinde. ff. de iudic. & tradit Alexand. in d. consil. 164. colum. fin. versic. ad allegata, & Caccialupus in d. l. cunctos populos, num. 107.* Et ideo videmus clericum, † qui non subicitur statutis laicorum, cum ait coram iudice seculari: statuta & consuetudines curiæ secularis quo ad ordinem procedendi seruare debere, & si illi curiæ subiectus non sit, vt habetur in l. cum clericis, in fine, secundum Cynum ibi. de episcop. & cleric. & Alexand. in d. consil. 164. col. 1. & Decius in cap. ecclesia sanctæ Mariæ, num. 11. extra de constitut. & Abb. in d. cap. quod clericus, num. 10. Et ratio est, quia statuta quæ respiciunt & concernunt modum procedendi, personam non concernunt, sed causam quæ illi foro subicitur, vt notat Bald. in d. cap. licet in corrigendis, in fine, dicens illud caput locum habere in decisoris, non autem præparatoris, vt voluit idem Bald. in d. cap. de causis, colum. 2. versic. quero vtrum. Et ideo dixit Lapsus in d. allegat. 81. clericum † litigantem in foro seculari, ligari statuto disponente de mandati exhibitione, & sequitur Felin. in d. cap. ecclesia sanctæ Mariæ, in 8. quest. versic. tertius casus, extra de constitut. per ea, quæ voluit Anchar. in cap. non ita. 7. questio. 6. dum ait, clericum † litigantem coram iudice seculari, ante sententiam appellare non posse, nisi in casibus à iure ciuili permissis: Quod sane secus est in laico coram iudice ecclesiastico litigante.

C A P. LXXIX.

Argumentum constat ex Summario.

S U M M A R I U M.

1 Instrumentum si aliquo in loco factum sit vbi vi eiusdem loci statuti haberet executionem paratam: an alibi eandem executionem paratam habeat.

Q Væritur etiam, iuxta prædicta, si fortasse exter statutum † aliquo in loco, vbi instrumentum habeat paratam executionem: an si tale instrumentum alibi producat, eandem paratam executio habeat, quam haberet eo in loco, vbi confectum est? Hac in re inquit Ias. in l. cum quedam, num. 21. ff. de iurisdic. omn. iudic. sequutus Bald. in l. 1. in 4. & 5. quest. C. ne filius pro patre. quod si quispiam huiusmodi executionem petat, audiendus non est: quia in exequutiuis statuta illius loci, in quo fit executio, attendenda sunt, vt voluit Bart. vbi etiam tradit Iason in l. 1. C. de summa Trinit. & fide cathol. qui deinde in d. l. cum quedam, in vltimis verbis inquit, ita esse tenendum.

C A P. LXXX.

Argumentum est in Summario.

S Y M M A R I V M.

1 Statutum si disponat, instrumenta qualiacumque executioni demandanda esse, an habeat etiam locum in instrumento ab eo qui publicus notarius non sit, confecto.

1 **Q**Varitur præterea, si an statutum disponens instrumenta qualiacumque exigi debere, an procedat etiam in instrumento ab aliquo, quia publicus notarius non sit, confecto, exempli gratia, quia non constat quod matriculatus sit, vel ob alios defectus, non sit publicum. Quia in re Ias. in l. Gallus, §. etiam si parente, num. 19. ff. de liber. & posthum. inquit quod licet statutum dicat, qualiacumque instrumenta, & sic illa generali elocutione utatur: intelligendum tamen esse, quatenus ille qui ea confecit, sit publicus notarius, ut ibi tradit Bald. Et satis ex eo videtur comprobari: quia ad hoc ut quis instrumenta facere possit, ut sit publicus notarius necesse est, & ideo de hoc apparere debet etiam in valde antiquis, ut inquit Aymon Crauetta in tract. de antiquit. temp. parte 3. num. 18. & sequent. & recentiores in tractat. de negati. num. 190. versic. ut in negante instrumenta antiquissima à notario etiam conscripta. & Asfili in constitut. Neapolit. lib. 1. de instrument. conscriben. Rubr. 78. num. 9. in versic. ego dicerem. & Domini de Rotæ in decis. nouiss. Achillei in tit. de fide instrument. decis. 1. instrumentum quantumcumque antiquissimum. & Put. in tit. de fide instrument. decis. instrumenta antiqua ultra centum annos. versic. cum aliquibus adminiculis. & in decis. 12. in versic. dummodo, quod ille reputabatur pro notario. & versic. si concurrunt adminicula. Et ideo maxime dicendum est, ubi extaret statutum, ut notarii matriculari debeant, ut extat variis in locis, & Florentia est statutum sub Rubr. 95. de quo tradit Decius in consil. 17. & in consil. 169. & Corn. in consil. 64. vol. 3. & Angel. in consil. 197. & Fulgos. in consil. 151. & Socin. in consil. 97. volum. 1. & Paul. Castrenf. in consil. 44. vol. 1. & Ruin. in consil. 201. vol. 1.

C A P. LXXXI.

Argumentum est in Summario.

S Y M M A R I V M.

Statutum si disponat instrumenta vti sententias definitivas executioni demandanda esse, an statim quod quis instrumento obligatur, in mora constitutus dicatur.

1 **Q**Varitur præterea Castrenf. in l. quoties, num. 2. ff. de verborum oblig. an si statutum disponat instrumenta sicut sententias definitivas exequenda esse, statim quod quis instrumento obligatur, in mora constitutus intelligatur, cum huiusmodi instrumenta sententiarum vim obtineant, & ex consequenti etiam constitutionis, qua quis etiam si non præcedat interpellatio in mora constituitur, & hac de re refert se Iason ad ea, quæ in l. cum dixit Bartolus in l. cum qui, ff. de iureiurand.

S. 2.

C A P. I.

A V G V M E N T V M.

Quis ordo obseruetur in exequendo.

S Y M M A R I A.

- 1 Executiones quomodo realiter fiant & in bonis.
- 2 Captura persona cessione bonorum evitatur.
- 3 Executio contra debitorem subtrahentem bona mobilia, quomodo fiat.
- 4 Hæreticus censetur, qui annum in excommunicatione permanferit.
- 5 Beneficio cessionis bonorum renuntiari non potest.
- 6 Carceribus pro debito nemo potest se obligare, nisi in locus ubi est consuetudo.
- 7 Ecclesia immunitate non fruitur quis, ubi consuetudine vel lege municipali, ut quis capiat, dispositum est, & persona captura permessa.

QVoniam supra vidimus, statuta & leges municipales executionem permittentes, ad quas species extendantur, quosve amplectantur, ut nunc de modo & forma executionis faciendæ tractemus, satis hoc loco convenire videtur. Hac de re loquens Nicolaus Boerius in l. vnica, num. 185. & 186. C. de sentent. quæ pro eo, quod interest. rem alius repetendo inquit: Aut quis condemnatus est, aut obligatus. Si enim est condemnatus: & tunc distinguit hunc in modum, videlicet aut in actione reali & simplici rei vindicatione: & tunc executio in eare fit, quæ ad iudicata est, ut est rex in l. qui restitueret, ff. de rei vindicat. cum similibus. Aut vero hypothecaria in re, ut puta pro annuo redditu, vel censu: & tunc executio in bonis possessoris rei ad hoc obligatæ & hypothecatæ faciendæ est. l. fin. §. fin. ff. de contrahen. emptio. & l. 1. §. si heres ff. ad Senat. sc. Trebell. Et ratio est, quia tota est in toto & in qualibet parte. Si vero in personali actione condemnatus sit, & tunc executio, iuxta modum & formam traditam in l. a Diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iudic. faciendæ est. Fit enim tunc prius in bonis mobilibus, si autem mobilia non sufficiunt, immobilia subhastantur seu licitantur eo modo, & prout eo in loco ubi bona sita sunt obseruatur, ut habetur in l. 2. ibi, permessa hastarum solemnitate. C. de iure haste fiscal. ubi Bart. Bald. Ang. Ioan. de Platea, & Lucas de Penna lib. 10. & in l. 3. C. de execut. rei iud. & plus offerenti dantur. Si vero bona mobilia & immobilia non sufficiant, ad nomina debitorum devenitur, & ex consequenti ad credita. Aut vero redeundo ad primam distinctionem est realiter tantum obligatus: ut puta quia omnia bona sua in genere obligaverit: ut puta mobilia & immobilia; Et tunc inquit ibidem Boerius num. 186. Executionem ut supra faciendam esse, ut scilicet fiat prius in omnibus bonis mobilibus & immobilibus, principalis & nominibus suorum debitorum executio, antequam ad pignorum possessores deveniatur, ut est rex in auth. hoc si debitor, & ibi Io. Fab. & eorum sequaces. C. de pign. Si vero aliquid specialiter hypothecatæ sint, & tunc cum index declaraverit bona prædicta hypothecatæ affecta esse, ea sub hasta vedatur, ut supra late dictum est. At omnibus prædictis, eo modo quo diximus